excluderent. quod itidem illigandum est de Re-
ginis et Imp. quibus etsi ingressus in
monasteria virorum non prohibeatur tamen nullum
ius eis concedit, ut contra Veltem Prae-
latorum ingredi possint. quare et hac sine
arbitrio Praelatorum ab ingressu arceri
possunt.

Ex 2do. quis possit absoluere à poenis fe-
minas ingredientes in claustra virorum
easque admittentes. Ex 1o. Ab Excommunicatione
lata in feminas ingredientes et à su-
spensione lata in admittentes cum soli Pont.
reseruata sint solum etiam Pont. ordinario
iure absoluere possunt. si tamen debitum esset ac-
cultum possunt ab eis etiam absoluere Episcopum
Trid. sess. 24. c. 6. de Reform.

Ex 2do. Ex singulari priuilegio à dictis
censuris absoluere possunt Ex. Soc. Jesu hac
n. eis Paulus III. ut possint toties quoties ab-
soluere ab illis casibus sed in Apostolica re-

Sacramentis et ab omnibus poenis et censuris consur-
gentibus ex eis, praeterquam in Bulla coenae contentis.
Ex 3. ab eisdem quoque per communicationem huius pri-
vilegii absolvere possunt omnes caeteros Rectores qui
mendicantium privilegiis fruuntur. Sanch. ibi
n. 75.

Quod 1. ad inhabilitatem et privationem
officiorum spectat dicendum est, l. n. ea in
curritur de facto absque ulla Judicis
sententia ut volunt Rodriq. in Prophetiae
Bullae Pij 5. Hieron. in Compend.
privil. mendic. et tunc si delictum
sit occultum in ea publice potest dispensare
Ipsius, omnes item Generales, Provinciales et
Superiores locales ordinum mendicantium
et qui eorum privilegiis fruuntur, omnes
item Praelati habentes Jurisd. quasi Episcopalem,
Rodriq. Po. 1. Reg. qq. 24. a. 7. Henriq.
l. 14. de Irregul. c. 19. n. 2. imo per
privilegia concedentia absolutionem ab omnibus
casibus reservatis et a censuris et poenis
consurgentibus ex eis potest confessarius quis
hanc tale privilegium absolvere in foro Conscientiae

à dictis privationibus qa praedicta privationes
et inhabilitates sunt poenae impositae contra
violatores praedicti decreti. Sanch. l. 6.
moral. c. 15. n. 78. Si vero dicta privatio l. in-
habilitas non incurrit nisi per sententiam Judicij
declaratoriam ut vult et fuse probat Sanch.
ibi n. 65. et l. 2. c. 22. n. 20. Cum vero
non possit dari casus quo res sit occulta,
necessario semper ad forum contentiosum de-
ducta sit, iudicisque sententia accesserit, nec
Ipsa, nec dictis superioribus l. Rtis privilegi-
atis integrum erit in hac inhabilitate et
privatione à Bonif. inducta, iudicisque sententia
~~accesserit~~, decreta dispensare, ut patet
ex Trid. sess. 24. c. 6. ubi Ipsis concedit
facultas dispensandi in irregularit. pro
recurrentibus ex delicto occulto (excepto ho-
micidio voluntario) et ad forum contenti-
osum non deductis, ita ut in alijs dispen-
sare non possint, sed recurri debeat ad Bonif.
ergo neque etiam alii dispensare poterunt.

Dubium primum

Utrum? et quonam speciali praecepto
teneantur foeminae religiosae ad Clau-
suram?

Praenot. observationem Clausurae quoad Mo-
niales et dupl. spectari posse. jo quoad ob-
servationem Claustri non egrediendo extra illud
2 quoad eandem observationem, neminem admit-
tendo intra illud. Hoc notato

Circa jam Clausurae partem 2 jo. an femi-
nae religiosae habeant speciale praeceptum non
egrediendi extra claustrum sine facultate le-
gitima?

Sed ves cuiuscunque religionis professas et
conversas et tertiarias speciali strictissimo
praecepto teneri ad clausuram, ita ut nulli
earum extra septa monasterii quocunque pre-
textu et ad breve tempus nisi ut legitimam
causam et facultatem ab ordinario obtentam egredi
liceat. Cap. periculoso de statu regul. in 6.
Eandem clausuram severe praecipit Trid. sess.
25. c. 5. de regul. his verbis: nemini a-
stimonialium liceat post professionem exire
à monasterio et ad breve tempus nisi ex legitima
causa ab Epo approbanda. Eadem quoque gra-
vissime praecipit à Pio 5. in motu pro-
prio qui incipit decore et honestate.
et alio qui incipit. Cura pastoralis officii

Et dnus à Greg. 13. in motu proprio circa initium. Deo sacris virginibus.
Est v. adeo vrle hoc clausura praeceptum, ut etiam ea monia obstringat in qbus ad Concilij Trid. decretum nunquam fuit admissa l. servata clausura. Ita n. expresse statuit Pius 5. in dicto motu proprio. Cura pastoralis pro his verbis. Etsi ex institutis l. fundacionibus earum regula ad clausuram, non teneamur neque unquam in earum monijs l. domibus et ab immemorabili tpre ea servata fuit.

Ex 12do qui sint limites inter quos clausura monialium coarctata quosque praetergrediendo clausuram violent?

Ex Gnrali loq. locum clausurae esse eum, qui pariete, mura l. ianua clausus clausus ita tenetur, ut ad l. intra eam saecularibus non pateat accessus. attigit hos fines nunc Greg. 13 in motu proprio. Deo sacris virginibus ita statuens: declaramus praeterea nullis monialibus hic ostium ex monio in Ecclia exteriorem ad quam saecularibus ad missas audiendas et dia officia patere solet accessus

si vero muro obstruendum neq; Ad hoc licere
eis egredi à ianua monij quae est pro
clausura ad claudendam aliam interiorem ia
nuam, quae patere solet accessus saecularibus
venientibus ad rotam l. ad cratas seu collo
cutoria quae loca cum saecularibus patere
soleant extra clausuram censeri debent Ad eo
tempore quo clausa sit.

3tio quae sint causae legitimae ob
quas egressus monialibus concedi possit.

Resp. Ubi loq. est vel periculum impendens
sub quo cuius cohabitatio impossibilis reddit. V.G.
periculum pestis, lepra, aut similis morbi con
tagiosi. Item casus incendij, incursus hostium
mere haereticorum et infidelium. Deinde si
cum bonum religionis egressum postulet V.G.
ut monialis fiat alterius monij Abbatissa
l. Magistra Novitiarum p. l. quando ob alterius
monij reformationem necessarium est idem egressus
Sanch. n. 48. Rodriq. Ro. 1. Reg. qq. 49. a. 5.
Verum circa dictas causas
Dubitatur jo nunc si periculo contagiosi
morbi ocurri possit, absque egressu, liceat tamen

egritudinem concedere. Ex si Monialium ita
capax sit ac ea sit medendi commoditas non
licere egritudinem concedere si nullum esset con
tagionis aliarum monialium periculum. Ita
aperte colligitur ex tepta Capli. periculoso.
Idem dicendum de aliis causis egrediendi. Ut
de Incendio incursione hostium ex si eis
citra egressum monialium occurri potest
quia hac ratione cessat egrediendi necessitas quae so
la huius concessionis causa censetur. Quare
superiores ut iustam licentiam egrediendi con
cedant, non sola morbi probatione contenti
esse debent, sed sed probanda vel examinanda
est incommoditas monialium ad medendum sine
periculo infectionis aliarum.

Dubitatur 2do. Nunc si monialis morbo
quem contagioso non laboret, alias tamen ita
periculose aegrotet ut in egrediendo de vi
ta eius desperatum sit, potest ei facultas
egrediendi licite concedi. Affirm.
sententiam tenent Naccar. Com. 40 n. 49. la
mas Afor. Graphis. quod Sanch. n. 38.
Ratio eorum est; quia leges Eclesiae qualis est
de monialium clausura, non cum vita periculo

obligent. R. si ps moniales [illegible] [illegible]
[illegible] effectu opus egredi ad vitam tuendam,
integrum est ei egredi, quod idem licebit ob [illegible]
vitae periculum [illegible] [illegible] morbo con-
surgens. D. Greg. 13. ut refert Cavar.
indulsit cuiusdam monasterii monialibus liberum
egressum quoties morbo periculoso ita labo-
rarent, ut medici iudicarent necessarium egressum
ad tuendam vitam, quod hanc sentit esse iustam egre-
diendi causam. Rnq. in hanc sententiam adducit
Responsio Cardinalium quae sic habet: curandae
valetudinis causa ad balnea moniales [illegible]
[illegible] sedes Apostolica concessit, dummodo [illegible]
honesto comitatu atque tam eundo, ij rede-
undo, nullum ad locum extra viam rectam
divertat, neque diutius maneat quod ipsa
balnea quam ad curandam infirmitatem necessum sit.
Negotiatam tuent Rodrig. Bulierus Chom.
Zeola et alij quos citat et sequitur Sanch. n. 39.
Ratio eorum est jo. quod sacri Canones causam egre-
diendi velint esse causam et publicam et [illegible] pri-
vatam monialis rectam, hac n. postponi debet
[illegible] religionis bono. R. quod alias concessio
egrediendi in [illegible] clausurae detrimentum

cederet, cum ni morbi periculosi frequentiores
sint, accidentes monialium egrediendi [illegible]
sit mpa, facile traherent medicos ut egressum
vitandae suae aegritudinis [illegible] iudi-
carent. Et haec ratio movit Carthusianos
cum Praelatos ut etiam in extremo vitae pe-
riculo suos a carnibus abstinere solve-
rint ne sic porta dispensabilis data vi-
gor disciplinae laparet. Sed cum etiam
docent non licere ex praedicta privata tan-
tum causa egitum ad alium eiusdem ordinis mo-
nasterium concedere ad aerem salubrium capten-
dum et vitae periculum certius evitandum.
cum Sig V. clausuram indicens extra prae-
dictas causas, aut e propinquo monasterio
egitum interdixerit, et ita sensisse plures pri-
tissimos Universitatis Salmanticensis AA.
testatur Sanch. ibi.
Ad jam rationem contrariam Vindent. Leges
Culicas non obligare cum periculo vitae re-
gulare, secus quam id exprimunt. at satis id
expressit Pont. regens egressum ratione cuiuscumque
morbi praeter exceptos ibi. Ad 2dum
valde dispare est ratione exempli adducti, nam
periculum illud mortis violentae est certissimum

et a principio extrinseco procedit, adeoque non
solum licitam fugae causam praebet, sed etiam ad fugi-
endum obligat; quae tamen hic casus rarissimus est,
ideo non praebet occasionem fingendi egressus causas,
et clausuram violandi; at periculum ex morbo
consurgens, et frequentissimum et ab intrinseco
proveniens, nec egressus statim cessat, sed mo-
nialem ipsam comitatur aperitque viam facilitati
egrediendi. Ad 3. dicit Greg. 13. di-
spensatio tamen cum persona particulari ac proprium eius
declarationem ad alias personas extendi non debere.
Ad 4tam Stoll. dicit: sententiam Cardinalium fuisse
tamen dispensationem particulari, non a generali iuris de-
clarationem, ipsius Suar. et Bonac. contrarium docent.

Ad 4tum Quinam licitam egrediendi clau-
suram monialibus concedere possunt? Ex iis ex
decreto Concilii Trid. sess. 25. de regul. c. 5.
praecipue commissum est Episcopis, ut in ipsi moni-
ales ad clausuram cogant, et licitam egrediendi
expensis earundem causis, concedant. Ita n. Aug.
Concil. Bonifacii 8. constitutione quae incipit:
periculosa. renovans S. Synodus. Verbis Episcopis sub
obtestatione dei iudicii et interminatione male-
dictionis aeternae praecipit, ut in viris morbis
sibi subiectis ordinaria, in aliis R. sedis

Aplicae auctte clausuram sancti monialium
ubi violata fuit, diligenter restitui, et
ubi inviolata est, conservari mpe procurent.

Verum circa dictum textum Advert: jo.
Concilium non dare statem Epis indicandi clau-
suram monialibus à sua Jurisdict. exemptis
et regularibus subiectis (hoc n. Praelato-
rum regularium est,) sed ijs tm quae l. sub
ordinario Jure l. sedi Aplicae immdte sunt
subiecta. 2do. licentiam egredi-
endi monrium non voce sed scriptis conce-
rendam monialibus ita n. expresse requirit
Pius V. in motu proprio. Decori et honestati
3. noctate egressum urgente et si superior
pro petendi licentiam adiri non possit, fas esse
monialibus modo etiam non consueto egredi
qua nitas legem non sit. Sylv. V. religio. Sanch.
n. 62. Tenerem tm monialis (saltem
durante adhuc egressu) postea superiorem
de hoc monere. Celius Zechg. de regular.
c. 3. n. 15.

4to Advert. etiam Vicarium Generalem Epi
posse concedere monialibus licentiam egrediendi
idque sine speciali commissione. quod tm illige quantum
ad moniales Epo non Aplicae sedi immdte subiectis

his n. cum dte Pr. dat. licias, qr committit ipsi
fratri auctte delegata. Sanch. l. 6. c. 15. n. 30.
Qr 5to quae censurae latae sint in mo
niales clausuram violantes eisq. auxilium l.
auxilium praestantes.
Ex Dn motu proprio Pr. 5. qui incipit: Re
cori et honestatis. duplum poenam statui. jo
Excommunicatio maior Papae reservata et ipso facto
incurrenda. 12. est privatio dignitatum et
officiorum tunc obtentorum et inhabilitas ad
illa, et ad alia in posterum obtinenda. Prior
ferte tam in moniales egressas, quam in licias
concedentes cooperantes, receptantes pro posterior
V. in moniales egressas tm et superiores li
cias dantes involvit. Exigit a ad in
cidiam istarum poenarum, ut egressio sit mortalis
qualis est et si ex ignoria crassa morti
contagiosi, cum talis est sit, item ex imprudenti
timore hostium, l. incendii moniales egrede
rentur, aut superior licias egrediendi concederet.
Exigit praeterea cognitio ipsius poenae, etsi
ni moniales sciente frangentes clausuram
peccent mortale ex ignoria tm poenae a cen
suris et aliis poenis immunes sunt.

Idem dico si licite egressae, non statim re-
dirent finita egressus causa. quia etsi ducti-
ficis remanendo mortaliter delinquerent, poenas
tamen violatae clausurae non incurrerent, quia
solum illicite egredientes Pontifex illis poenis
percellit. ista a. non illicite egierunt, quia
post egressum moram illicite tractant. Sanch.
n. 70. Quod v. ad absolutionem
dictarum personarum spectat idem tenendum quod
supra diximus.

Quartum ad 12dam clausurae partem de
non admittendis personis extraneis intra clau-
suram monialium, sub excommunicationis poena
ipso facto incurrenda prohibentur omnibus per-
sonis cuiuscumque generis, conditionis sexus l.
aetatis fuerint, ne intra septa monasterii
monialium ingrediantur sine licentia, ob casum
aliquem nuntiis, in scriptis, obtenta ab Ipso
l. Praelato ordinis cui monasterium subiectum
est, ita Concil. Trid. sess. 25. c. 6. de regul.

Nov. 10. absolutionem dictae excommunicationis
Concilium non reservasse nec poenas statuisse
monialibus admittentibus alias ingressos, quia
mortaliter peccant.

Not. 2.do Greg. 13. in motu proprio qui incipit. Ubi gra. excommunicationis poenam Pontificii reservatam, ac ipso facto incurrendam infligere ingredientibus monasteria monialium intuitu alicuius facultatis l. privilegii sibi concessi, recipientes v. l. admittentes eadem poena, et insuper privatione et habilitate omnium dignitatum et officiorum percellere.

Not. 3. his constitutionibus non comprehendi pueros ac puellas usque causis nondum ad estas Henriq. l. 4. c. 5. amentibus tamen ingressum permittendum non esse, eo quod etiam hi occasione peccandi aliis dare possint. Sanch. c. 16. n. 5.

Not. 4to. Episcopus l. ordinis Praelatus qui licitam ingrediendi aliis dare potest, eadem quoque facultate et ipsos (ob causam iustam tamen.) Ubi pae. Greg. 13. in bulla quae incipit. Ubi ipsis emergentibus Nipi, ob iustam causam.) quae in eadem bulla eis districte praecipit ne dicta monasteria ingrediantur nisi in casibus rectis et a paucis, ipsis senioribus ac religiosis personis comitati.

Quod si in aliis praeterquam in necessariis casibus ea facultate utantur, si ei sint, pro ea

Vice ab ingressu ad Eulias, pro 2da à
munere pontificali et à dis suspensos, de
incess. V. ipso facto excommunicatos declarat.
Regulares V. et pro ja Vice ei officio
ac ministerio privatos vult excommunicari
subiacere. Sanch. l. 6. c. 16. n. 102.

Not. 5to Causa ob quam ingressus in monasteria
monialium concedit debere esse alicuius
rectis sufficienti apparentis, qua de causa licentia
dari tum sacerdotibus ad sacramenta infirmis
ministranda, tum corporalibus medicis, Chi-
rurgis imo et fabris ad aedificia et similia
opera, quae non nisi per viros expediri possunt
perficienda. Verum quod de medico,
Chirurgo pro dicto, statuit Urbanus 4tus ut hi
non nisi duobus saecularibus de familia monasterii
comitati ingrederentur neque ab invicem se
separarent. Sixtus 4tus tamen permisit ut hi
3tus l. 4. monialibus senioribus comitati in
trone possent. Sanch. ex Rodrig. Ro. 1. q. 47.
a. 4.

Not. 6to Debiteur sacramenta poenitentiae, Euch.
l. extremae Unctionis administraturum mo-
nialibus posse ingredi cum socio qui l. sacrami

ministeria inserviat, l. tanquam testis affectat
Idem dicendum de Visitatoribus. Caveant tamen ait
Urbanus 4tus quidem intra monasteria fuerint
nullatenus separent ab invicem quin semper
mutuo se libere videre possint.
Not. 7o. Ex Lucia Cardinalium quam referunt
Rodriq. ibidem a. 11. et Sanch. n. 63. non esse sufficientem
causam ingressus ad monasteria monialium ut mater
professioni filiae adsit aut eam morti propinquam
invisat, eo quod haec non sit necessitas moralis.
Imo saepe praesentia matris affectum ad mundum
et sanguinem refricet, aut morientem maiori
tristitia afficiat.
Not. 8o. Non obstantibus praedictis constitutionibus
licitum esse admittere puellas intra monasteria
monialium ut ibi honeste educentur, etsi aliquando
non habeant profitendi modo seqq. conditiones ad
fuerint. 1a. ut hoc fiat cum licentia superi-
oris inscriptis obtenta et consensu Abbatissae
et conventus. 2. ut sint ancillis in monasterio
conversentur. 3. ut nequeant clausuram egredi
ac semel egressae (praeterquam ob aegritudinem)
non possint iterum admitti. 4ta. ut vestitu
virginibus convenienti in monasterio utantur.

sita ne ultra 25tam aetatis annum intra
monasterium continentur. Sanch. n. 61. ex Re
claratione Cardin. ex qua etiam refert. Affir-
licere iudicis bonae famae honestatis cum
se abdere in monasterio monialium, sed Rodrig.
ubi q. 47. a. 10. videtur declarationem illam fuisse
se tantum de semel receptis, retinendis, non a. in
posterum admittendis.

Not. 9. Licitum esse pro communis monasterii ob
sequio famulos saeculares habere, quae coquant,
pinsant, alia agant, quae non adsint conversae
professae, seu ubi adesse. Sanch. n. 67.

Not. Dum transgredientes clausuram modicae
excusatos esse a martyri et censuris in trans-
gressores latis. Hoc modicum aestimat
Graphis 1. parte Recis. l. 4. c. 23. si quis duos
tantum pedes intra l. extra clausuram ponat;
quae tamen Sanchez. n. 170. merito disputat, quia
cum h. sit verus extra l. intra clausuram e-
gressus l. ingressus et ex se periculosus, sufficit
esse ad culpam mort. et censuram incurrendam
Quare modicum in hoc egressu et ingressu
aestimat esse, quia is non est vio perfectus s. semi-

plenus, quia in pars aliqua corporis est intra, pars aliqua foris, unde non credit comprehendi eum sub censura quae est in ostio, quia ostium est partim intra partim extra clausuram ut bene docet glossa cum Sanctum. de poenit. Dist. 6.

# Tractatus 3tius

## De Vitijs religioni oppositis.

Religioni duo vitia in genere opponuntur unum per excessum, quod est superstitio, alterum per defectum, quod generali nomine irreligiositas vocatur. de his eorumque Lebus subiectis supp. sent. agemus.

## Sectio 1a

## De Superstitione eiusque Lebus subiectis.

Superstitio generatim est vana et inanis religio, quae Deo aut indebitum cultum defert, aut debitum detrahit, et creaturae applicat. Dupliciter enim per excessum potest esse inordinatus religionis cultus, nempe aut per indebitum obiectum cui applicatur, aut cum dignus cultus

tribuitur creatura; aut per indebitum modum
quo dicitur cultus Deo vero tribuitur.
Ex jo Capite si m. error sit ratione indebiti
ubi jo emergunt superstitionis species Idolola
tria, Divinatio vana observatio et Magia.
Etenim diabolus ex superbia, atque in Deum
hominesque invidia, dicitur in vitiis honorem affectans
instigat mortales, ut ipsi cultum et veneratio
soli Deo debitam exhibeant per Idololatriam.
2do, ut ab ipso petant rerum occultarum cog
nitionem per divinationem. 3. ut ab ipso di
rectionem petant actionum suarum per
magiam s. vanam observationem. Ex al
tero capite si m. defectus contingat ratione
indebiti modi colendi verum Deum, duplex
exurgit species. jus est cultus falsus s. men
dax, 2da est cultus inanis ac superfluus.
si est cultus falsus l. est talis ratione rei significata
cum m. falsum quod per eum significatur, ut si quis
coleret Deum per caeremonias vel. Test.
quae significat Christum venturum. l. si quis falsis
miraculis aut testimoniis veram fidem con
firmare vellet. Item si quis alienas reli
quias pro SS. reliquiis venerandas supponeret;

imagines tabellas, aut alia signa s. anathe
mata in Iulia l. altari suspenderet, ipsi mi
raculorum editorum testimonia, cum talia vissa
facta non sint. Item si medalias, rosaria grana
ipsi indulgijs donata, alijs distribueret, cum
tamen ijs careant, ex qua via ex suo genere sunt
gravia peccata mort. quae sunt falsitates permi
ciosae, ob quas minor deinde fides alijs veris
religijs, miraculis, rebusque benedictis et sa
cratis adhibetur. Vel est cultus falsus
ratione personae colentis; si m. quis Deum colat
tanquam publicus s. ab Iulia institutus mi
nister, cum commissionem nullam habeat, l. talem
non habeat, ut si quis sacrificium offerat, cum
sacerdos non sit, cuius exemplum habemus
in Saule: Reg. 13. l. si sacerdos excommunicatus
et ab Iulia praecisus, nomine Iuliae sacri
ficet, l. alia sacramenta administret, quae
itidem gravia peccata mortalia censentur sicut.
Ro. 1. de relig. Pr. 3. l. 2. c. 2.
cultus superfluus est, qui iudicio proborum et sa
pientum requiritur ad interiorem officium exercitandum
requiritur ad diam gloriam pertinet, ut si quis

studio singularitatis die dnico recurrat, die
sabbathi in honorem B. Virg. non pingat, in-
terim aliis similibus operibus insistendo. Item
cum praeter Modum Ecclesiae ponitur religio
in quibusdam circumstantiis l. ubi in quibus non
est ponenda. V.G. in certo numero. co-
lore. situ etc. Ut nempe tot adsint candelae
in missa celebranda et non plures; alba
potius cera constent, quam flaua; die
Veneris celebretur et non die martis.
an solis ortum et non post etc. Item si cultus
est contra ritum et directorium officii Eccle-
siae. Ut si in fine orationis ter pronuntiet
Amen. cum semel dicendum sit. si in officio
Resurrect. cantes Gloria in excelsis etc. si
plures efformes, cruces etc. haec tamen ordinarie
non videntur plus esse ipsa Venialia. Quod
si dicitur cultus non tantum sanus sit, sed et turpis,
puta si quis Deum colere intendat aliquo pa-
ua, aut turpitudinem continente. V.G.
oblatione vi furtiua; Item lascivis mot-
tetis in templo decantatis l. solo et vocis
aut organi sono notabiliter lascivo, aut
ad impuritatem provocante non videtur posse
excusari à p.m. Ita Caiet. 22 q. 91. a. 1.

Prob. ex concil. Trid. sess. 22. dicte de ser-
vandis et vitandis in celebratione missa
ut ipsi ab Iudijs musicas illas quibus s. or-
gano, s. cantu lascivum aut impurum
aliquid miscetur arceant. Ut domus Dei vere
domus orationis esse videatur et dici possit.

## Dubium 1um

## De Idololatria.

Not. 1o. Idololatriae nomine significatur
cultus falsorum, Deorum, ut Daemonis,
solis, Lunae hominum ex Ethi. n. haec proprie
non sunt Idola tamen a gentibus plerumque non
omnino in Idolis colebantur, Ideo a Idolum; Ima-
go rei quae non est. Unde merito imagines
falsorum Deorum vocantur Idola, quia sunt si-
militudines rerum quae non sunt. imagines a. ss.
et Dei dicuntur, Idola dici non possunt, quia sunt ima-
gines rerum necarum, institutae ad repraesen-
tandum id, quod illis vere inest. Sicut
nec imago Regis Idolum dici potest quia re-
praesentat id quod est.

Not. 2do. Nomine Idololatriae duplex accipi-
tur generatim et metaphoricè, pro omni peccato
quo quis mortifere inhaeret Creaturae, sic Apostolus

Ephes. 5. auaritiam vocat Idololatriam.
Philipp. 3. quorum Deus venter est. Nam
quia id, ut quod homo vendit a Deo ut id ad-
hereat, venter pluris fit quam Deus, et
proinde illum habet loco Dei, et ita est in-
star Idoli. 2do accipitur speciatim
ac proprie pro cultu quo creatura colitur
ipsi Deus, et hoc duo petit, alterum
est, ut honos l. cultus creatura tributus
soli Deo debitus sit. alterum est, ut
is vere impendatur sicut Deo impendi opor-
tebat.
Not. 3tio Idololatriam aliam esse veram
aliam fictam. Vera est, quando quis creaturam
divino cultu sic prosequitur ut eo cultu
quantum in se est, velit talem opinionem
(sive expresse, s. implicite) creaturae comi-
liare qualis vera soli Deo competit.
Ficta est, quando quis verum Deum agnoscens
et falsitatem Idololatriae probe sciens, alio-
rum tamen consuetudine aut metu, aliave
ratione ductus exterius Idolo divinos honores
attribuit.
Ult. Idololatria qualiscunque, et Ficta,

et sola exterior est gravissimum p. m. nul
lo, metu aut ratione excusabile. Ratio est
quia huiusmodi actus est intrinsece malus cum sit
mendacium perniciosum, iniuriosum Deo, et hominibus
valde scandalosum, quod quacumque respectu timoris
l. amoris humani, factum semper malum est et reli
gioni contrarium.
Dicis. Primo potest ad exterioris adorationis
sufficere ad secundum, si voluntas desit, cum ratio
peti in voluntate sit. 2 Item in illo non est ve
ra Idololatria sed ficta, quod non est verum peccatum
sed apparens. 3 Item alias esset Idololatria
tra Tragoedus qui in Theatro exhibet divinum
honorem alteri repraesentanti personam Jovis
v. g. quod constat esse falsum. Sequitur v. pt.
quia ibi exhibetur ad externa honoris absque
voluntate. 4. Denique nullus actus exterior
continet adorationem latriae nisi ex intentione
operantis, sed talis intentio est inventa in
hac ficta Idololatria.
Ex adjectis hoc peccatum non committi absque voluntate
quia illa ad exterior voluntate exhibetur, li
cet fiat sine intentione honorandi. Unde
ad 2dum. Ex illud esse verum peccatum externa

Idololatria, licet desit interior respectu cuius illa exterior ad dicta Idololatria, quae falsam significationem habet, non quod veram materiam non habeat.

Ad 3tium Respondeo neg. seq. quia Tragoedus et exterius non serio exhibet honorem sed solum repraesentat quale exhiberi solet. Ratione a. huius ficta Idololatria non est ut exterius serio exhibeatur etsi falso et cum mendacio id fiat.

Ad 4tum Respondeo licet ex natura sua nullum signum externum habeat significationem determinatam ad excellentiam divinitatis honorandam nihilominus ex communi l. in positione l. consuetudine omnium populorum, sacrificium et quae illum concernunt, ut templum, sacerdotium purificatio ex ea determinata ad dictum cultum et ideo quacunque intentione hoc tribuatur creatae ut rei personae adoratae Idololatriam committi aut veram aut fictam.

Hinc infertur 1o. Idololatriam posse aliquando contingere sine mentis errore, ac proinde sine infidelitate s. haeresi, ut cum Idololatria creatae a se adoratae credit non esse Deum, aut

tum vere illi honorem dicitur deferre, et tunc
propter hanc Idololatriam nulla incurrit censura.
aliquando vero esse cum mentis errore adeoque cum ha-
resi, et tunc incurrit excommunicationem maior
reservata in Bulla Cenae.

Infertur 2do. Tres dari modos s. gradus Ido-
lolatriae sic est, quod Idololatria ex infidelitate
mentis procedit. 2da. quod fit sine mentis in-
fidelitate cum affectu tamen dicitur honorem creatae tri-
buendi. 3. quod fit sine errore illius. et sine
affectu colendi creatam ut Deum, sed solum exhi-
bendi signum exterius adorationis soli Deo
debitae.

De origine et progressu Idololatriae
vide Less. l. 2. c. 43. n. 3. ubi eam ait, ex
desiderio praesentiae mortuorum ortam esse, olim
n. mortuis statuae erigebantur in quibus veluti
praesentes tandem et coli caperunt, quam ac-
casionem arripiens daemon ex statuis illis
loquebatur, ac mira patrabat, ut merito
Rauum digerit, omnes Dii gentium daemonia.
Haeretici nostri putant, Idololatriam com-
mitti quando Deus verus colitur cultu quem
non praecepit, quos recte refutat Valent. c. 2.

d. 6. q. ij. p. i. Illud certum, Calvinum et eius sectatores esse vere Idololatras, qui cunque n. falso Deo divinum cultum tribuit est Idololatra, hoc sunt Calvinistae, nam colunt eum Deum quem dicunt ijdem auctorem impulsorem, suasorem omnis peccati, sed hic l. est Diabolus, vel verus Deus non est.

## Dubium 2dum

## De Divinatione.

Divinare generatim est futura l. occulta ex causis indeterminatis praedicere. Quod si fiat à Deo per revelationem, vocatur Prophetia, si v. Daemonis ope, vocatur Divinatio superstitiosa et definitur: signifatio occultorum ex pacto cum daemone implicito l. explicito. Br. (ex pacto cum daemone.) nam quicunque res occultas quae hominis naturalem cognitionem superant, sive cult. idque non Dei beneficio ac revelatione Angelica necesse est, ut Daemonis ope addiscere velit. Addit explicito l. implicito.) qua divi-

nõ duplex est, una quae cum expresso pacto
fit, id est, per expressam daemonis invocationem
ut cum divinator intendit et eo fine aliquid
agit ut daemon se immisceat, l. si quis sciens
daemonem per aliquod signum occulta docere
illum inhibemus usurpet. Altera
quae fit cum pacto implicito, ut si quis serio
et sciens aut scire debens, haec l. illa me-
dia esse vana et inutilia ad alicuius rei
occultae cognitionem habendam, ijs tamen serio confi-
dens utitur, cum non certo sciat, haec tamen
Dei volte, restat signa a Deo instituta
non esse, neque bonos Angelos aliquid hominibus
revelare absque Dei volte, restat ut per
eiusm. signa a daemone cognitiones acqui-
rere velit. Nec refert quod talis
interim protestetur se nullam cum daemone
societatem intendere, neque cognitionem aliquam
ipsius ope s. ministerio consequi velle, nam
protestatio facto contraria nil excusat. Illi
a. ipsa contra protestationem suam faciunt
quando adhibent signa tanquam idonea ad cog-
noscendam veritatem quae tamen nullam ad hunc
finem proportionem et utilitatem habere possunt
nisi ex institutione et ope daemonis.

Est tn̄ divinatio per pactum explicitum
cum daemone multo enormior q̄ ea q̄
fit per pactum implicitum. Tum q̄a ma-
ior est cum daemone societas, eo ma-
ior est apostasia à Deo; Tum q̄a divina-
tio per pactum expressum gravissima sce-
lera adiuncta hb, ut sit abiuratio Bapt.
Apostasia à Chro, B. Virgine et alijs ss:
actualis, adoratio daemonis et similia q̄ in
divinatione per pactum implicitum n̄ con-
currunt, Tum q̄a dnq̄ divinatio per pactum
expressum à p.m. nunquam excusatur, q̄a ni-
mis manifesta malitia hb, at v. di-
vinatio per pactum implicitum interdum ex-
cusatur à p.m. Tum ff ignorantia n̄ adeo
crassa, tum ff superstitio imperfecta, si m.
n̄ omnimoda fides adhibeatur sed tm̄ q̄dam ti-
mor et suspicio eventus futuri. Less.
ibi d. 8. Suar. c. 10. n. 7. Sanch. l. 2. c. 38.

Malitia a. huius superstitiosae observationis in
eo sita est, q̄ creatura tribuatur quodamo-
do, cultus Deo debitus, dum occultorum cog-
nitio soli Deo propria ab ipsoq̄ expectanda
per vanas inventiones à creatis procurat

cum expresso l. tacito pacto cum dæmone
quod gravissimum scelus est, et defectio quædam à
Deo ad Sathanam, quippe abinitio mundi
Gen. 3. Deus inter hominem et dæmonem inimi-
citias indigit, easque in Bapt. spondent Vrsi
renunciantes dæmoni ac eius operibus. quare
pactum expressum aut tacitum cum dæmone
inveniens ad prædicationem quandam et apostasiam
definiunt instar militum ad contrariam
hostium factionem declinantium.

Dices. multi petunt à dæmone notitiam
quæ ipsius naturalem cognoscendi vim non su-
perat, quæ tunc divinatio non erit superstitiosa
quia non tribuitur creatura cultus Deo debitus cum
non procuretur cognitio soli Deo propria.

Concess. Ant. neg. Conseq. quia et dæmon
per hanc societatem affectat usurpare aliquid
excellentiæ divinæ, et de honore illi debito ab
homine. studet n. ut homo relicto Deo ad ipsum
confugiat et in eo contra Dei voluntatem con-
fidat, cui si cooperetur homo ad ipsum confugiens
contra religionem Deo debitam agit superstitiose.

Sed Num, et quæ futura sunt dæmon prædicere?

Ad 3o. Dæmon quidam non sit prædicere quidam v.
sit, eorum quæ non sit tria sunt genera. Primum eorum
quæ pendent à sola Dei volte ut quod hic
sit prædestinatus ad gloriam, ille non sit.
2do. Eorum quæ pendent vero à libera volte
hominis, ut certum quid velle, cogitare, dicere,
l. facere. 3. pure contingentium quæ
non habent certam et determinatam causam. Ut
quod talis post multos annos hac l. illa ho-
ra l. die sit præcipitio moriturus, omnium
n. talium cognitio est solius Dei propria.
Eorum v. quæ dæmon ipse sit certo et infal-
libiliter prædicere Quinque sunt genera. Primum eorum
quæ ab homine l. aliis creaturis facta sunt l. fi-
unt, quæ cum sint extra suas causas à dæ-
mone certo cognosci possunt; 2dum eorum quæ
causam habent naturalem et necessariam ut motus ce-
lorum coniunctiones Planetarum, Eclypses &c.
3tium eorum quæ nobis quidem videntur futura
contingentia, sed vera causam habent certam et de-
terminatam quam dæmon videt, ut quod quis
eo morbo quo laborat cras moriet.
aut quod sit futura postridie inundatio aquarum
4tum eorum quas ipse facturus est, permittente

Deo, quo modo potuit praedicare ruinam
domus quae oppressit filios Job. Et tamen dicitur
eorum qui dependent quidem à voluntate Dei et hominis
sed iam illi significata sunt per divinam revelationem
s. factam in sua s. alia ratione à Deo l. bonis
Angelis, quinquidem inter filios Dei ipse quoque
astat nonnunquam coram Deo Job.

Ad 2do. Ratio multa de iis quae nequit
certo scire, probabiliter conjicit, quia non sit
spiritualissimi ingenii ac multae experientiae, quod
homines sint facturi probabiliter conjicere sunt ex pro-
pensionibus ipsorum naturalibus quas illi ut plu-
rimum sequuntur, l. ex aliis factis praeteritis
l. ex consuetudine inveterata. Vel dicitur ex
iis quae in corpore tum exterius tum interius ap-
parent, aut ex verbis, scriptis aut aliis
clandestinis consiliis. Et etiam cogita-
tiones fere certo coniectare ita vehementer
homines perturbando phantasmate immisso, ut
vix possit tunc alium cogitare, quam id quod
à daemone suggestum fuit. Delrio. l. 4.
disquis. c. 2. q. 2. Imo iuxta Cap. fin. 26.
q. 4. sunt scire quando verbo l. alio signo externo

Ut rubere l. pallere hō easdem cogitationes
l. affectiones expresserit.

Ad 3tio qn̄ dæmon nescit prædicere futura
de qbus quærit si agat cum prudentibus et
doctis tandem adeo ambigue et obscure
ut nō illigare; si a. agat cum simplicibus
aut ignoris qui eius fraudem facile de-
prehendere nō sūt aperte solet mentiri.

## Dubium 3tium

Quot? et quasnam species ha-
beat Divinatio Superstitiosa?

Utraq; divinatio hūs descripta, varia est
pro varietate signorum qbus dæmon divi-
natores instruit; aut pro varietate medi-
orum qua pro tali scientia acquirenda adhi-
bent. Ratione signorum novem potissimum species
ja dicitur Præstigium et fit per varias appari-
tiones s. veras s. phantasticas. aliqn̄ n.
dæmon sensibus obijcit vera corpora alicui
de celeriter apportata, l. de novo conflata
in aëre per applicationem activorum ad passiva.
Ita Magi pharaonis serpentes obijcerunt
Mayhi Exod. 7. aliqn̄ nō vera corpora

so corporum tam similitudines ostendit. quo
modo putat S. Aug. l. 8. de Civit. c. 19.
facies ulissis in porcos conversos, aliquando etiam
illudit ipsis sensibus externis l. internis, commo-
vendo spiritus et humores, ut solet fieri phre-
neticis et lunaticis.
2da fit per insomnia, quando in facie somnia-
re hominem daemon quod ipsi vult persuadere et
vocatur oniromantia.
3. per apparentes imagines mortuorum et vo-
catur necromantia qua usa Pithonissa 1.
Reg. 19. petente saule dum vellet sibi excitare
samuelem.
4ta per Pithones arrestitios s. obsessos,
quos ipse possidet, ex quibus olim undere solebat.
5ta per signa apparentia in corporibus terrestri-
bus, ut in metallo, lapide, planta, et vocatur
Geomantia.
6ta per signa in aquis apparentia et dicitur Hidro-
mantia. 7a per signa in aere et dicitur
aeromantia. 8. per signa in igne et
dicitur Pyromantia. 9. per signa in exitis
animalium daemoni immolatorum et dicitur Haruspi-
cium. Denique fit divinatio etiam per cribrum

per pelvim aqua plenam, per speculum, de
quibus Petrus in disquisitionibus magicis, atque
hae enumeratae species plerumque fiunt per di-
vinationem cum expresso pacto daemonis, adeo
ordinaria pacta mortalia censentur.

Porro illa divinatio quae fit per occultam
invocationem daemonis alia sumitur ex di-
spositione eorum quae homines ipsimet sunt ad
cognitionem occultorum, ut fit per sortes vel sor-
tilegium. alia v. sumitur ex dispositione
aliqua iam ante in re existente, et novem sub
se species continet.

1a. Astromantia s. Iudiciaria astrologia
qua ex motu l. situ syderum de futuris
divinatur. cuius pars est ars Genethliaca.

2da Augurium ex garritu avium et vocibus aiali-
um.

3tia Auspicium ex volatu avium et motu ali-
orum aialium.

4ta Omen, ex sternutatione et caeteris factis
aut vocibus hominum alia intentione probatis.

5ta Ex somnijs.

6ta Phisiognomia ex signis et lineamentis
huius corporis.

7a Spatulamantia ex signis in spatulis aia-
lium.

9.ua metoposcopia ex fronte.
9.na Chiromantia. ex signis manuum.
Verum circa enumeratas species Not. 10. Eas
fere omnes ex genere suo esse peccata mort. nisi excusat
simplicitas l. indeliberatio et quis divinatores
videantur excommunicati per Cap. si quis oriolus. 26.
q. 5. probatur tamen est ipso facto excommunicatos non
esse sed excommunicandos, nisi concincta sit haeresis.
sylu. l. superstitio.
Not. 12.do non omnem praedictionem ex astris esse
illicitam, est n. duplex Astrologia, una Judi-
ciaria, s. divinatoria, per quam ex astrorum
aspectu eventus a libero arbitrio pendentes certo
praedicunt, l. praeteriti aut praesentes occulti effectus
pandunt. v.g. Caius cras praecipitio mo-
riturum, post biennium futurum Petrum, auctorem
esse occulti homicidii ex et haec semper est illicita
et severe prohibita. Altera dicitur Astrologia
naturalis, per quam situs ac motus astrorum ob-
servantur, atque ex iis effectus naturales praedicuntur
partim necessario eventuri ut Eclypses, par-
tim contingenter, ut pluvia, siccitas, animalium
morbi, atque haec licita est, et nunquam pro-
hibita. Hac etiam sobrie utentes Calenda-
riographi praedicendo tempestates, frigora, ventos,

stabilitates p. n. peccant, m. de industria
mentiantur. Sicuti nec ille qui observa-
to natali cuiusq. die, et notatis astrorum
sitibus motuq., aut ad inspectis corporum
lineamentis probl. conjicit, aliquem hac l.
illa complexione praeditum his l. illis pro-
pensionibus naturali affectum, his l. illis mortis
obnoxium fore p. talis inquam n. peccat,
hoc n. est naturalis Physiognomiae officium, q.
n. est p. reprehendenda, sed medicis perutilis
modo in his absit absoluta et certa prae-
dictio futurorum contingentium liberorum.
Sed quidnam dicendum de praedictionibus bellorum
quas calendariographi curiosis lectoribus
venditant ac proponunt?
Pro 1o. eas n. esse illicitas, quidem se continent
intra coniecturam probl., sumptam ex di-
spositione astrorum contingenter inclinantium
hominum ipsis subiectorum temperamenta, per in-
versionem et commotionem humorum, ad iras,
lites, bella &c.
Pro 2do. Eas minime fore licitas, si absolute
et certo de particularibus personis aut populis circa
eorundem actus a libero arbitrio pendentes
pronuntient aliquid; hoc n. natura ex his sine n. pr.

Nota: 3tio quando constat l. probabile est somnium
ex peculiari Dei providentia fuisse immissum, fas
est homini ex eo divinare. Ita Cris. Ho
Vnde cognoscitur hoc somnium? Ex partim
ex eo, ad quod homo per somnium impellitur, vel si
quis ad timorem et amorem Dei, ad dolorem peccatorum
incitetur, tunc non pie credendum (cum cautela tamen)
esse à Deo. Partim ex affectu qui relinquitur
vel si maneat aliquis illustratus et sacra conso-
latione profusus, promptusque ad Dei obsequium.
Quando v. non est probabile somnium esse à Deo, sub
gravi peccato non licet ex eo capere praenotio-
nem de eventis liberis, quia somnia nequeunt
talia occulta significare, quae proveniunt ex causis
naturalibus, sed tantum quod immittuntur ex directione
Dei, l. malorum spirituum, quando ergo non est probabile som-
nia esse à Deo, tuque inde quid divines, sub-
jicis te disciplinae diaboli; Ubi dicas te
hoc non intendere, quia hoc ipso facto et interpre-
tative intendis. Cum non somnia non habeant u in
naturalem ista significandi sequitur ea postulari et
acceptari vel immissa ab aliqua substantia illigente.
Si a. non à Deo l. Angelo, ergo à diabolo. Saepe
tamen haec somniarum observatio est tantum Ver. ipsi igno-
rantiae et simpliciter, l. si quis non certam fidem somnio

habeat, sed solum ad cautelam semel aut iterum
ex eo aeris suas dirigat, quod licet vanum et
inutile plerumque sit, excusari tamen à morbi
ut docet Caiet. V. Sommiorum observatio.
Quod si dicunt somnia sint ex causa naturali,
licitum est, ex illis conijcere de eventis,
quat. à tali causa proveniantibus, ut de mor-
bis, mutatione tempestatis quod Hypocrates
et Galenus propriis Tract. fecerunt.
Not. 4to sortium tres esse species. nempe
divisoriam, consultoriam, et divinatoriam.
Divisoria est, quae indicio sortis quaerit quid
cuique tribuendum. Consultoria quae in-
quirit sortibus divinum consilium ut sciatur
in negotio obscuro quod agendum. Divi-
natoria, quae per eas inquirit de futuris
eventibus. Harum sortium directio sit ex
pectori l. à casu, l. à caelo. l. à Deo. l.
à daemone. Ex his sortes divisoria
licita sit, si eventus expectetur à casu
ut jo in rebus externis quae alii commode di-
stribui nequeunt. V. G. haereditas et alia
bona communia, sunt licita sit contractus
sortium glückhäfftig, quae partes consentiunt
ut eius sit res, cui sors dederit.

2do in functionibus ubi de honore aut periculo agitur, ita sorte inter militum alas deciditur, quae prior debeat invadere hostem sic et S. Aug. Ep. 180 scribit sorte eligendum sacerdotem qui tempore persecutionis et pestis maneat in oppido. 3tio in dirimendis litibus mense de rebus saecularibus. 4to in poenis, ut cum duo l. plures sunt rei mortis et Princeps sine dementiam vult aliis ignoscere alios punire. Rursus quotiescumque paret ratio cur alter alteri debeat praeferri tunc sorte res pragi potest. officia tamen, etsi sint saecularia, regulariter non sunt sorte distribuenda, sed mense idoneis danda, nisi essent plane pares, tunc possent sorti committi, hoc tamen permissum non est in Electionibus ad Ecclesiastica beneficia.

Cap. Eulia. de sortilegiis.

Consultoria sortes regulariter sunt illicitae, nisi quando humanum consilium non suppetit, l. nisi Deus inspiret iis utendum. quia sine recte velle ut Deus suam voluntatem peculiari modo manifestet est tentare Deum, cum is non promiserit, se has sortes temperaturum. Quando tamen vi humano consilio destituimur licet has sortes adhibere cum bona spe, fore ut Deus dirigat, iuxta id Prov. 6.

sortes mittunt in sinum à Rno, a. temperantia. dummodo fiat cum veneratione et oratione sic Josue 3. acham deprehensus fortis in furto et Jonas à nautis. Jonae 1.

Divinatoria vero sunt prohibita c. 1. de sortileg. Not. dnus Cor. non peccari mort. qui inquirunt cognoscere l. consequi aliquid per media vana, si eis non tribuunt magnam certitudinem vel efficaciam, sed potius ex levitate et ioci causa illa adhibeant, Val. q. 12. et 12. p. 3. sic qui curiositatis l. ioci causa de futuris casibus interrogant Zingaros, mortem non videntur peccare, nisi adsit scandalum aut periculum, ne per hoc ad seria deveniant.

## Dubium 4tum

## De superstitione vanarum observationum.

Vana observatio dicitur cum quid fit l. adhibetur ad effectum, ad quem nec à Deo, nec à natura vim habet. Harum sunt tres species. Ars notoria, observantia sanitatum, et observantia eventuum. Ars notoria est ratio quaedam consequendi scientiam per certa ieiunia,

inspectiones figurarum, et similia media inefficacia. Est p. m. quia saltem tacite invocantur diaboli, eique potestas tribuitur infundendi animae sciam subito, qua tamen ille caret. Quod V. Anabaptistae repente Biblia addiscunt, sumpto bolo coenae illorum, id fit per assistentiam diaboli qui illos occupat, et per eos eorum legit ac interpretatur scripturas.

Quicquid signum est, quod redeuntes ad Catholicam fidem discedente malo spiritu, iterum fiant rudes, ut erant ante haeresin.

Observatio sanitatum est, quae adhibent verba signa, aliaque ut chartulae, amuleta, involucra, ceremoniae, ac circumstantiae ina[illegible] ad [illegible] l. animalium morbos curandos, sistendum sanguinem, mitigandos dolores, ad se praestandum invulnerabilem, [illegible] medium et circumstantiae inutilis, si tanquam necessaria adhibeantur ad talem effectum, ad quem a natura vim nullam habet, nec a Deo, nec ab Ecclesia ad hoc instituta est, superstitiosa censetur, cuiusmodi sunt imagines astronomicae, sub certa constellatione fabricatae; item unguentum armarium, gladio vulnerantis illitum, lardum, cui idem gladius aut culter infigitur. Idem dico de certo genere ligni, quod post vulnus inflictum cultro l. pugione secatur l. confoditur.

Observatio Quartum est, quod fortuito accurrit quod, l. accidit homini ex quo sibi l. alteri quod adversi l. prosperi coniectat, et in actionibus suis moderatur, ut si quis mane domo egrediens, pedem offendat, ideoque domum redeat, putans iter infaustum fore. Si mane calceos inducens sternutet, et ideo lectum repetat ut omen avertat; sic occursus leporis per transversam viam vulgo dicitur infortunatus stulta persuasione, et ablutio capitis facta die martis. Est mort. ex genere suo in quo nave ignoriae, aut bonae fidei excusetur.

Notat Aug. Cass. d. 20. n. 66. aliquando posse fieri ut homini aliquid casu eveniat, cum talibus circumstantiis ut prudenter aliquid in suspicari aut timere possit, quasi Deus illum per hoc monere voluerit, ut si quis cadat corporaliter, timeat casum eventurum in statu l. anima. Consentit Caiet. v. superstitio.

## Dubium 5tum

## De Magia.

Magia alia est naturalis alia superstitiosa. Illa est ars quae operatur mira per causas naturales

absq; dæmonis ope, nec per se mala est,
multis tamen periculosa, quia eos ducit ad sup-
stitiosam, quæ est ratio operandi mira per sig-
na ope dæmonis, sicut n. magia naturalis uti
tur rationis naturalibus ita hæc utitur signis quæ sunt
causæ morales quibus ex pacto allicit dæmon
ut faciat quod magus optat. ita ut hoc via
ipsi ipsa signa sunt videantur. Greg. Turon.
lib. 1. Hist. Francica scribit Cus primo-
genitum Cham fuisse jo magiæ inventorem
quem Persæ vocarint Zoroastrem, sed de
hoc alii sentit S. Aug. 21. Civit. c. 14. Vide
Bererium et Kelrio de magiis.

Not. jo. Ne temere damnentur superstitionis
quod sit naturale, suspendan. vis in est quibusdam
ubi naturalibus, sic felle piscis oculos Tobiæ
naturale curatos fuisse valde credibile putat
Serrarius in cap. 11. Tob. q. 2. quis hanc vim
didicerit Junior Tobias ab Angelo. Quare
si occulta huiusm. vis rei manifestare
magno l. alteri Angelo malo postea tamen
culpa ab aliis l. et à magno adhiberi potest.

Not. 2do. Etsi quidam putent non vim improbare
esse quibusdam, ubi sensibilibus ubi vim aliquibus
naturalem inesse ad fugandos dæmones (ita de

iecore piscis cuius fumo fugabatur daem[onium]
Cap. 8. Tob. Suarez supradictus sect. q. 3.)
conciliat hic et Doctores cum Theologorum
sententia qui scripsit negant illas directe
pellendi daemones virtutem naturalem ubique subsi-
bilibus non esse. Dixi directe) nam indi-
recte per corporalia pelli posse patet, quia
ea tollunt temperiem et dispositionem humorum
quam daemones amant, et sic quia minus
mutare possunt, ideoque discedunt. qua ratione
est ad Citharam Davidis spiritus malus recessit
se a Saule. 1. Reg. 16.

Quod vero antipathiam cum sale dicitur habere dae-
mon, vel certe ideirco a sagarum convivijs
abesse velit, si id verum sit, in causa non est
natura ipsius salis, quasi haec daemoni directe
et physice adversetur, sed forte ideo quia ipse
creat, quod humanis usibus sal magis salu-
taris et utilis sit. Deinde quod adhibeatur
ab Ecclesia in Bapt. et aliis exorcismis ad
daemones fugandum.

Not. 2. est tamen non esse damnandum mor-
talis quod ex devotione a multis fieri solet
licet ad effectum intendendum per se non sit medium
idoneum, fieri n. potest vel confortando gr...

raculo l. alicuius sancti facto initium habeat, li
cet iam origo aliquando, quomodo excusant qui
equis venam die S. Stephani gerunt mini
me ipsa dies circumstantiam per se efficacem
ad effectum iudicantes sed simplici ac bono in
martyrem affectu et cum fiducia fore ut ob
martyris merita hoc sanguinis missio equis
profutura sit. Caet. q. 96. a. 4. Vol. q. 13. p. 2.
Not. 4to. Ut cognoscatur an aliqua operatio
ad magiam superstitiosam pertineat tria
considerent. 1um Conditio causarum quae adhibentur,
2. Conditio ipsius operationis. 3. Conditio effectus.
Conditio causa indicat magiam, si nempe ex
presso invocetur daemon, si preces adhibeantur
quibus falsa permixta sunt, ut Christum habuisse fe
bres et spasmum, si verba exotica, si cha
racteres, imagines, ligaturae, specula, unctio
nes, praeter Iuliae morem applicentur. Nec
refert, quod subinde nil mihi sacra verba aut
versus ex scriptura adhibeantur, quia talis versus non di
rigitur ad Deum ab utente, nec eo sensu pro
fertur quo sacer est, sed sensu aequivoco, et
animo profano, quo illum protulit iam qui ex
pacto cum diabolo eum ad talem rem adhibuit
sic illo versu consummatum est; utuntur ad

Cuppaes equorum curandas, et illo. In
Camo et freno p ad sapiendas canes. et
illo fiat voltas tua. ad dolores dentium p
Sed demus etiam verba sacra, signum crucis
precationes et similia ex aio non praefano si
vere devoto et ad Deum directo proferri
nihilominus tamen, si alia quoque vana et inu-
tilia admisceantur, v.g. ignotu nomina aut
caracteres, l. si spes habeatur in modo scribendi
ligandi, l. quacunque vanitate ad cultum
Dei non pertinente, superstitiosum iudicari
debet. S. Th. q. 96. a. 4. Exempli causa:
Evangelium S. Joan. scriptum esse debere a
virgine, in membrana virginea, oriente
sole, et 3bus funiculis collo alligatum:
orationem aliquam dandam ad aures iumenti
aegri. quin imo etsi nil adhibeatur in
quo sum se pium et sanctum est, Deique cultum
praeferens, v.g. sola ad Deum precatio
unius ex psalmo versiculus, solum vinum ex
sacerdotis ablutione p si tamen in his certa
fiducia, conferenda sanctis alterius com-
modi spiritualis, constituatur, a quacunque per-
sona adhibeatur, superstitiosa iudicari debet.
sic docent Gerson. p. 2. Tract. de absolut.

Suar. ibid. c. 15. Cass. l. 2. c. 44. d. 3. Quae
etsi Deus probabilem conferat sanitatem ita tamen con-
stet, ut sit tantum personalis, nec infallibilis
omnipotentia certa rei aut aeri vide Caiet. q. 96.
a. 4. ubi monet. si homines vides bona
fide et ex mera devotione vitam aliquam
ab Iudaeis non receptam observent, interdum
in sua stultitia relinquendos esse, quod
difficile abducuntur ab eo, quod a suis ma-
ioribus sine suspicione mali susceperunt,
Wigm. sed v. g. die S. Joannis Bapt. certos
flores colligere. In festo S. Valentini bal-
neare, sanguinem mittere &c. Bene tamen
advertit Sanch. ibid. cap. 40. n. 21., ut si
huiusmodi abduci a suo ritu non possint saltem
educantur, ut in eo certam spem non collocent,
sed solum adhibeant ad seipsos magis ad de-
votionem excitandos, l. ad honorem specialem
alicuius sancti, l. certi alicuius mysterii.
Undecimo operationis indicat magiam, si repente
curetur aequus, l. homo absque divino miraculo,
quod ex circumstantiis colligitur. Item si uno
quadrante multa milliaria conficiantur
si operatio ad rem valde distantem se extendat,
ut fit in unguento aromatico. Item

si hic vngat Imago Petri, ille alibi
doloribus conficiat.

Condiō effy indicat magiū, si is superet
oēs hūā industriā, et vires nāe sapi
entibus cognitas. Quousq' a se vires
nāe extendant in physica dacē.

Not. 5.to In magia vix dari tm Ven.
precise ob parvitē māe, nī forte qn
tacita tm invocāo intervenit, qa qd in
re parva et ludicra dæmon expresse
invocēr per se nō minus crimē ē, quā
in magna, si plena deliberāo adsit.

Adēm huic crimini ordinarie alia con
iuncta sunt, vt haeresis Apostasia à Chro
Idololatria (i. honorant n. magi Diabolū
loco Dei.) blasphemia, sacrilegium lupa
ria homicidia et damna pxorū.

Not. 6. Remedia adversus maleficia
alia ē spēlia alia moralia. Spualia sunt
ferma magna fides et fiducia in dia
protectione, Confessio peccatorū, sumptio
ssa Euch. Exorcismi Iuliae aqua bēdicta
aliquia ss. Agni Dei, invocāo nōis Jesu
et B. Virginis. signū crucis et sia orāo.

Moralia remedia Veco, quae pertinent ad pactum cum daemone solvendum, quod ex pacto nocet, quod fit amovendo signa magica, ad quorum praesentiam diabolus nocet.

Sed difficultas est, an liceat ligaturas, nodos, volumina capillorum, et alia signa à maleficiis, posita tollere ut daemon nocere desinat?

Ex jo. licet cuique tollere et destruere absque novo maleficio signa magica. Less. d. 6. Sic concionator cui ex maleficio vox interclusa est, si inveniat in sugestu ligaturam capillorum et similium, licite eam comburit, ut vocem recipiat. Quod si tamen amato signo damnificari maleficiatus ex regulis Charitatis aestimandum erit an damnum maleficii potius vitandum sit quam ferendum damnum quod patitur maleficiatus.

Dices jo. qui signum tollit ut cesset nova miscet se pacto quod maleficio cum daemone intercessit, quod est Luigm. ut signo posito daemon nocere incipiat, ablato desinat.

Ex. neg. Ant. quia maleficiatus amotione signi non intendit daemonem inducere ad pactum

servandum, neque utiti amotione ligatura
V.G. velut signo alterius pacti, sed solum
intendit destruere signum pacti praecedentis
quo daemon ad nocendum allicietur,
hoc non multum dignum; aliud est non amo-
vere signum ea mente, ut moveas da-
monem ut servet pactum et ex fide
data desinat nocere, et aliud amo-
vere signum, ut destruas pactum prius
cum mago initum.

Dices 12do. Spe cessaturi nocumenti
hunc effectum non expectat maleficiatus a
causa naturali, neque ab Dei volte neque per
miraculum a Deo, quia a diabolo, quod est opus
superstitiosum, perinde ac si dicat, diabolo
pactus es amato signo te cessaturum, ecce
amoveo signum praesta quod promisisti.
Ex effectu hunc non esse actum positivum di-
aboli, sed cessationem ab actu, quod licet a da-
mone expectare, sic multa facimus quo-
tidie ut diabolus aliquid non faciat V.G.
gestamus Agnus Dei, aspergimus nos aqua
lustrali, ex quo etiam possumus destruere signa

magica hac fine, non quod ex vi pacti initi
sed ex vi eversionis pacti, non igitur perinde ac
si dicat, praesta quod promisisti, sed potius non praesta
s. pactum tuum quod cum mago habes rescinde
signa tua, quae instituisti ad vocandum
destruo, non est ergo quod voceas amplius.

Dices 3tio Diabolus non est alligatus signis
sed non sine eis vocare, et desinere vocare, quod
frustra tollunt signa, nisi intercedat pactum
cum eo, ut iis sublatis non voceat.

Rationes Consequentiae Tollunt non signa, ut eversio
tor pactum magi cum daemone, quod damna
non potest vocare l. non vocare absque signo parum
refert, modo semper ablato signo vocare
cesset, Hinc colliges, non esse damnandos
superstitiosos, qui ad torturam vocatis prius ab-
radunt eos pilos corporis, si id faciant
ne sub eis aliquod signum lateat, per quod red-
dantur insensibiles et ita non possint ad con-
fessionem cogi, quod saepe fieri solet.

Ad 2do ad difficultatem licet et male-
ficiato convenire maleficium et rogare et
data pecunia, ut illas ligaturas quas

hi sepultas aut suspensas, in dimoveat,
qa hoc maleficum sine virtutis est, q licet
illum ad hoc instigare.
Ex 3tio licet et per se loq: ponere
alia signa qbus positis expirat l. de-
struit pactum prius, et diabolus desinit
nocere, l. certe priora signa vim suam
amittunt, Less. n. 45. qa licet aliqd sine
quo finiatur pactum pactum, hoc n. non est
signum novi pacti, sed eversio l. impe-
dimentum prioris, dummodo non fiat modo
deprecatorio, aut affectu aliquo benevo-
lentiae erga Daemonem V.G. si Veneficia
te tangat, nocebit, si tn illam mox re-
percutias impedit noxa: l. qa diabolus
statuit tunc non nocere, l. qa signum Ve-
neficiae non est tale, quale ipsa requirit.
Item si à Saga quis est infectus, dicitur esse
nocumentum l. inefficax reddi, si dedit illi
salem l. panem, vel illa det, forte ait Less.
ob mysterium SS. Eucharistiae et Bapt. talia
n. per se indifferentia sunt. Nota tn hoc illigi
de effectu à Daemone expectando, qui sit ne-

gotiny, ut a. de positiva aae aut favore eliciendo ab eo.

Ex 4to Non licet uti remedijs contra maleficia de quibus dubium est an contineant tacitam dæmonis invocationem, hoc n. est se exponere manifesto periculo superstitionis, ut forte fiat cum expressa contrariæ voluntatis protestatione. Multo minus licet uti maleficijs aut remedijs manifeste superstitiosis, et ad finem bonum aut ad alium maleficium tollendum. Nec licet à maleficio petere ut solvat maleficium per alium maleficium intendendo illud aliud.

Si nunc licet petere ab eodem absolutè sine intentione alterius maleficij, licet probabiliter constet maleficium non soluturum maleficium nisi per alium maleficium. Negare videtur Delrio. c. 6. sect. 1. affirmat Petrus Tedesc. q. 58. de matr. a. 2. Less. supra et alij. Probatur à Sancti. licet uxorem inducere ad mutuum ex idonea causa, etsi sciatur non daturum sine uxore, nec alia in nostro casu apparet ratio.

# Sectio 2da

## De Irreligiositate et partibus eidem subiectis.

Religioni per defectum opponitur irreligiositas cuius partes subiectae sunt Tentatio Dei, Blasphemia, sacrilegium, mendacium, periurium et symonia.

## Quaestio ja.

## De Tentatione Dei, Blasphemia, sacrilegio mendacio, et periurio.

## Dubium jum

## De Tentatione Dei.

Tentatio Dei est irreligiositas qua quis aliquid dicit l. facit temere et sine rationabili causa ut explorent divinam potentiam, iustitiam, sciam, voluntatem, l. aliud attributum. Nec refert utrum id faciat ut ipse aliquid de Deo cognoscat, an ut alius, fieri n. potest, ut quis ipse non dubitet, et tamen Deum tentet, ut alius cognoscat. Rursus fit haec tentatio; ideo quando expresse et directa intentione

talis experimenti capiendi gratia quod agitur, ut
si petas miraculum, ut tu l. alius sciat,
Dei in aliquo negotio voluerit, v.g. si pre-
cipites te in puteum, ut cognoscas an Deus
te sinat laedi, aut possit te servare, ut
fecit ille apud Cassia. Collat. 2. c. 5.
Ipsum spectant purgationes vulgares, quae fieri
olim solebant ferro candenti, l. aqua fer-
vida, quae prohibentur à Trid. sess. 25.
c. 19. de reform. 2do. Interpretati-
ve Deus tentatur, quando expresse non intendit
tale experimentum, id tamen ipsa facis, quod
per se ad illum tendit, ut si velis absti-
nere vi cibo per 8. dies pro mi forte facias
ex certo Dei instinctu. Item si alicui
alteri periculo te sponte committas à quo
nequeas eripi nisi extraordinaria Dei ope,
etsi non facias eo fine.
Est 3. Tentatio Dei p. m. ex gratia sua
jo. quando fit ex crassa ignorantia l. dubitatione
eorum verum quos quis scire deberet, ut potentiae
sapientiae, iustitiae ac providentiae divinae,
aut alicuius articuli fidei, quo in gratia
peccaverunt ij, qui in deserto murmurantes

digerunt, nunquam poterit panem dare in
deserto. 2do quando est coniuncta
cum aperto vitae periculo, aut gravis
laesionis, ut si te è turri des praecipitem
putans te à Deo excipiendum. Vel
si in gravi morbo naturalia media spe-
ras, temeraria persuasione expectans
à Deo sanitatem supernaturali modo.
Est a. in Lucrum. petis duplex malitia
in propria Lucri vitij quae in eo sita est,
quod homo non satis reverenter agat cum Deo,
petendo l. expectando ab illo sine vista causa
eam extraordinariam. Rein alterius vi-
tij, v.g. infidelitatis l. laesionis aut vi-
cisionis sui, pro ratione materiae in qua versatur
opus, aut finis qui intendit. 3tio
Cum est periculum scandali, ut si quis publice
sine nitente offerat experimentum miraculo-
sum, ad confirmationem fidei, nisi sciret
se dono miraculorum esse praeditum, vel
peculiari instinctu Dei ad id impellere-
tur, Item si ex curiositate ut vi-
deat res mirabiles petat miracula, ut
Herodes à Christo.

Ver. a. erit ratione ignorantiae non crassae aut
inconsiderationis l. parvitatis materiae, l. periculi,
si vicissim causa suppetat non est peccatum, nec pro-
prie tentatio Dei. Quaesita causa est ipsa
divina inspiratio. sic Abraham Gen. 15. petijt
signum à Deo unde sciret semen suum pos-
sessurum terram promissam et Gedeon. Jud. 6.
2do. notas ut si infidelis, cui alia ratio
cognoscendae veritatis non occurrit petat bona
fide miraculum ut sciat, quod haec fides sit à
Deo.

## Dubium 2dum

## De Blasphemia.

Blasphemia proprie idem est, quod maledi-
ctio, l. contumeliosa locutio in Deum.
sed a. ista locutio, l. esse interior, et sic
est Blasphemia cordis, l. exterior verbis
expressa aut scriptis, et erit Blasphemia
Oris. sed item fieri nutu, l. alio facto
externo v.g. in coelum expuendo fren-
dendo, et hoc alij vocant Blasphemiam
operis sed improprie est n. Blasphemia pro-
prie in circa verborum factorum.

Hinc calumnia quas Judaei (Christo) infe-
rebant conjuncta, velandas non erant
proprie blasphemiae, quae non consistebant
in male loquendo sed in male et iniuriose
ipsius personam tractando. Quibus si plu-
res verborum iniurias seu blasphemias
adiungerint. Ex his

Colligitur 1o. Blasphemiam formaliter et directe
opponi laudi divinae, quem admodum in laus
Dei duplex est, una interna s. mente
concepta, altera externa s. verbis pro-
dita ita et blasphemia.

Colligitur 2do. Blasphemiam proprie et formaliter
esse contra religionem cum sit contumelia
quaedam verbalis in Deum laudi ipsius divinae op-
posita.

Haec obstat. quod S. Th. 2.2. q. 13. a. 1. ve-
lit blasphemiam opponi confessioni fidei.
quia id verum est, quod blasphemia procedit
ex assensu haeretico. Ut si quis non credens
sacerdotes posse conficere corpus Christi, blas-
phemando dicat, in hostia consecrata non
esse (Christum), sed hoc est per accidens. Nam blas-
phemia per se loq. est petitum dictum ab

haeresi; haeresis n. est Ironeus assensus contra
fidem; Blasphemia v. est calumniosa s.
iniuriosa locutio contra Deum, abstrahendo
ab omni interiori assensu haeretico, cui homo sit con-
formis.

Blasphemia ferme oritur ex triplici causa;
1o. Ex infidelitate, et tunc blasphemia lo-
cutio dicta habitudine et fidei et religioni
repugnat. Ut cum haereticus (qui sic sentit)
dicit Deum esse authorem peccati. quod si non ita
quidem sentiret, et tamen exterius Deum vel Christum
vel religionem Christianam negaret, ultra blas-
phemiam nihilominus adhuc peccaret, quia de-
ficit in externa fidei confessione, quae etiam est
praecepta. 2do oritur ex desperatione
nam desperabundi persuadent sibi, Deum non
velle aut non posse eorum misereri, ferunt quod
ad esse id quod eis perversa voluntas suggerit.
Ita rursum triplici peccato sese commaculant.
Uno desperationis contra spem, de bonitate Dei
altero Blasphemiae contra religionem.
3tio oritur ex odio Dei, quia proclive est ut
quem aliquis odit, eidem maledicat; sic dam-
nati ex desperatione maiori dicta et gravissima.

in Deum odio ipsum blasphemant, et ita uno
actu blasphemiae contra densas virtutes
spei Charitatis et religionis peccant.

Dividitur Blasphem. 1o Ex parte actus
qui l. est interior l. exterior, et sic alia
est Blasphemia Cordis alia oris.
2do Ex parte causae, et sic alia est hae-
reticalis alia simplex de quibus iam dictum.
3tio Ex parte modi et sic alia est enun-
tiativa, alia imperativa, alia, ut sic
dicam dehonestativa.
Enuntiativa fit affirmando l. negando
idque 3pli. 1o cum Deo aliquid tribuitur quod
eius excellentiae non congruit, ut si dicatur
author malorum, iniustus, crudelis &c.
2do cum negatur id quod ei competit, ut
cum negatur Trinitas personarum &c. Ubi
Not. negationem istam haec esse absolutam
ut in dicto exemplo, haec conditionatam,
per modum iuncti, ut si dicas, Deus non
sit iustus, non sit in caelo, si hoc non sit
verum. Ubi non tam adducitur Deus in
testem quam negatur existere, iustus esse &c.

m̄ qd̄ dī verū sit. qua in re ex m̄ya in-
iuria qd̄ ex tā vili cāa, hō tā indigne
de Deo loquar̄, et paratus sit illi tantā con-
tumeliā absolutè inferre. Impre-
catiua est, cū qs optat l. imprecat Deo
malū; talis est Blasphemia damnatorū
et hoīm̄ abiecta maliā. Rehonestati-
ua est, cū qs membra (Chri) l. ss. inde-
corè et inhonestè nōiat. Vide Navar.
et Caiet. in summa v. Blasphem.

4to Dividit Blasphemia ex parte ter-
mini, et sic alia est immediate in Deū, alia
v. immediate in ss. l. in creāā, vt ad Deū pe-
tinet, mediate v. in Deū. pro quo
Not. maledictionē in ss. duplici modo
illigi. jō vt ea iactar̄ in sctos. vt sciti
st, sc. ~~[illegible]~~ habitudine ad Deū, et ita est
vera blasphemia eiusdē spei cū ea, q̄ fratr̄
est contra Deū, qa eandē maliā rāōē con-
tinet, vid. dī honoris imminutionē.
2do vt ea iactar̄ in eos quos. hoīes qdā
in terra fuerunt, vt si qs ex contemptu
S. Josephum vocet fabrū, S. Petrū Calcū
etsi n. hunc p. m. sit contra Ecclia et

observatio sectorum quae scio, id est ex in-
dignatione ira l. odio dicitur, non tamen sit blas-
phemia, Quod si ex ioco tamen effe-
rantur, veniale non excedunt ob mala per-
vitae. Ita Bonnef q. 15. n. 2. sent. n. 42.
Pari modo cum quis maledicit creaturae non
est Blasphemia si id fiat absque usu ad
Deum, tamen non est peccatum m. si absit iniuria
alterius, id est, si maledicta non proferantur
cum formali intentione nocendi hominibus aut
in se aut in suis, ubi sit tamen ex subita ira
l. dicacitate, si v. id fiat in ordine
ad Deum quae est res Dei, sic est Blasphemia
in Deum, nam est ipsi Deo precari malum in
suis bonis extermis, ut cum quis maledicit
ubi sui inimici ipsi quoque malum im-
precatur. Maledictio a. creaturae, quae
nobis fuit occasio peccati, l. magnorum calami-
tatum per se non est peccatum. sic Job maledi-
xit diei nativitatis suae, et Davidis
montibus Gelboe, sed si molestia
sit parva, haec n. non est iusta causa male-
dicendi, qua ratione aurigae interdum
maledicunt suis equis et nautae ventis

vestiri tempestatibus. Verum ordinaria non
est mi p. Ver. ut docet Caiet. 2.2. q. 13. a. 1.
nau. Supra. n. 86.

5.to Dividitur Blasphemia ex parte inten
tionis illius qui blasphemat, et sic alia est cum
directa intentione inhonorandi Deum, quod est gra
vissimum inter omnia quae religioni opponuntur, ut
quia formaliter intendit malum Dei, in caeteris a. hoc
non intenditur. Alia v. est quae fit cum virtu
ali s. indirecta intentione, ut si quis serio ac
sciente ex ira l. impatientia in homines aut aliam
creaturam proferat verba convitiativa Dei
aut sanctorum, non tamen animo convitiandi, huiusm.
sunt; Das dich Gott schönde. Das dich
Gottes Ehrysame, Gottes Leyden, Gottes Sa-
cramentschönde &c. et tunc etsi non sit gravius
caeteris peccatis religioni oppositis est tamen peccatum
sat magnum, quia graviter laedit honorem divinum
sicut qui proximo detrahit l. contumeliam
facit adverterit quod agat, graviter facit pec-
cat, etsi directe non intendat illum laedere,
sed ex quadam loquacitate l. nimia libertate
id agat. Saepe tamen homines huiusm. verba
blasphema proferunt inadvertenter ac

maali tm̄ n̄ attendentes q̄ sigfat V.G. ex
pāe aliqua et subita indignāe l. ex
praua consuetudine lingua mentē pre
uertente, et tunc excusari à grauite
pcti m. ꝑ imperfectā cognitionis ac Voltry.
modo interim conent istam prauam consue
tudinem deponere, quam sub m. p. tenent
extirpare et operam dare, ne in huiusm. actu
et n̄ mortali culpabiles prorumpant, qa
sit honori dīo iniuriosi, Etsi q̄ tunc in
confessione n̄ teneant illos actus explica
re sub p. m. tm̄ tenent explicare se hre
talem consuetudinem, eamq; neglegisse e
mendare. Quibus adde n̄ ēe
proprie blasphemiam in ira l. iuxta cum
aliquo enunciare q̄ppiam de Deo explicite
l. implicite, q̄ verum est, V.G. Crucem Chri
Krysma, sicut p. si affectus indignationis n̄ ten
dat contra Deum, sed tm̄ contra hōrem l. in
mentum cui aliquis irascitur, q̄ ex ipso mo
do dndi aliisq; circumstantiis illigendum
est. V.G. si dicatur hoc l. similia verba
bas kreutz, Gottes sacrament, Gottes
Tauff p. sigsem hoc dndi modo neg.

aliquid Deo tribuitur quod ipsi non conveniat, nec negari quod ei tribuendum sit. Verum tamen talia verba sacra in ipsa tenere et irreverenter prolata non sunt proprie blasphemiae sed tamen peccata cuiusdam irreligiositatis l. sacrilegii altero Decalogi praecepto prohibita. non usurpabis nomen Domini Dei etc. Esset tamen tamen ven. aiunt Caiet. v. Blasph. Armilla ibid. Sanch. c. 32. n. 30. contra Sacr. lib. 1. c. 6. quis ob scandalum l. periculum fratrum blasphemandi mortalem fieri possit. Ideo homines à tali irreligiosite et apparente blasphemia merito absterrendi sunt.

## Dubium 3.tium

## De Sacrilegio.

Sacrilegium à sacris legendis, hoc est suffurandis dictum, est irreverentia s. violatio rei sacrae quae ordinata est ad cultum Dei. Efficax eius est species. ja est quae violatur persona sacra quae fit jo. Cum Clericus ad saeculare tribunal iniuriose trahitur aut percutitur. 2do. si persona sacra voto castitatis obstricta polluitur, l. aliàs turpiter aut morose delectatur.

3. dum à Clericis exigunt tributa et ga
bellae contra Immunitatem Ecclesiae. 4to
dum persona quaelibet votum personale aut
Iuratum violat.
2da species est violatio rei sacrae praeter dictum
à persona, et loco ut est jo sacrilegus
scientorum usus, eorumque admissio quae
fit in p. m. 2. profanatio vasorum
et ornamentorum sacrorum. 3. abusio
sententiarum sacrae ad res obscenas ac turpes,
ad facetias et amatorias, ad superstiti
ones ad stabiliendas haereses. Item ir
reverentia verbis quae fit in recitando et con
tando officio divino, in sacris caeremoniis &c.
Item musica lascivia l. profana usus
sacris adhibita. 4to violatio imaginum
sacrarum. 5to furtum uniuscuiusque rei sacrae
ut agni Dei, eliquiarum, calicum &c. 6. quis
abusus et mala tractatio rerum sacrarum, ut
si calices, profanis mensis adhibeantur &c.
neque necesse est, ut haec sacrilega usurpa
tio fiat cum expresso et formali contemptu
rei sacrae, sufficit n. virtualis et impli
citus, ut si quis adverterit, quis ob alium
finem s. utilitatem rem sacram ad usus profanos

adhibeat. hoc tamen discriminis est, quod prior
inhonoratio cum fratri contemptu semper sit p.m.
posterior v. Vra. esse possit, non tamen ex imperfectione actus
sed etiam ex parvitate materiae, sicut ex communi docet
Sicar. in l. 3. c. 7. x. 2. qui vere etiam mo-
net, tametsi sacrilegium plerumque sit peccatum
commissionis, interdum tamen posse esse omissionis
vel si Ecclesiae muri aquam baptismalem ab
immunditiis et sordibus non custodiant, sacras
pallas, corporalia aliaque paramenta im-
mundiam sordere patiantur, situm Chrysmatis
et SS. Euch. renovare negligant, situm
aut putredinem contrahere permittant, quae
gravissima sit p.p. m.m. 7o. si Ecclesiarum
altariorum et destructorum materiae in
usus profanos convertantur. Ubi a. quidam pu-
tent Ecclesiae directae materiam non posse converti
in usus profanos sine Licentia Papae, sed tamen v.
Immunitas putat Ipsi sufficere. 8vo. si di-
es festi operibus servilibus aut aliis prohi-
bitis violentur.
Ultima species est: Violatio loci sacri quo
nomine venit qui publica Ecclesia auctoritate
ad publicum officium divinum et sacramentorum usum
depectatur licet nondum sit consecratus aut

bñdictus. Dñ publica authe, qa si tm pri
vata authe deputet, et alias neq;
consecratus, aut bñdictus sit, etsi Epus
dederit licias in eo celebrandi inter
loca sacra numerari nõ debt, vñ ad
mutũ fundatoris in Varas usq concerti
pt, neq; gaudet immunitate Iudica, neq;
polluit sanguinis aut seminis effusione
neq; subest Epi ptati, iurisq visitandi
vt dñ Cap. vlt. de Censib. Signũ v.
templi publica authe constructi et com-
pana publica in loco eminenti posita
cois populi convocandi gra ad offa dia.
Violão loci sacri varie contingit, jo
per profanas aões quae ex nãa sua ob
stant dio cultui, vt clamores in
conditi, ludi, nundinaões saecularia
negotia aut iudicia Cap. decet. de
Immunit. Iudica. v. et qdem qd ad ludos
attinet illigrũ mere saeculares, profani
leves Cap. cũ decorem. de vita et
honest. Cler. ludi a. honesti Comedia
ac Tragoedia quae ad pietem movent,
à templo aliena nõ st. vt notat Glossa
d. Cap. Quod v. ad nundinaões sae-

etat, à p. m. ipse excusaret qui in templo
ex instituto mercaturam exercitaturus offi
cinam erigeret. qa est gravis loci sacri
irreverentia. Sylv. v. negotiatio. Si tn
Tractatus tm in templo fieret, merce aliti
existente. Ven. tm est Mol. Par. d. 344.
Item si vendio per accns fiat in templo
v. G. in transitu l. in recessu pluviam
veniale l. pctum nullum esse pt, conside
ratis circumstijs. ut notant Suar. et
Caiet. loc. cit. Quod si qs in Cometerio
tm l. in atrio templi officinam rerum
venalium erigeret, venialem irreverentiam fore
ijdem AA. testantur. Imo si res vendendae
ad usum dei officij l. populi devotionem
pertinerent, vt Candelae, panes, in altari
offerendi p in aliqbus locis honesta con
suetudo, tollerat in cometerijs, imo
et in ipso templo tollerari pae si fiat
absq; strepitu docent Angelus v. cum unitas
et Mol. cit.

Quod dnus ad Judicia attinet. Not.
sermonem tm esse de saecularibus, nam causas
Ecclesiasticas in Ecclesia agere honestum est.

Glossa cap. cum Julia de Immunit. Eccl.
Item sermonem tum esse de inualtria
Jurisdict. actibus non a. Voltriae, cuiusm.
sic dispensationes, pupillorum prouisiones
pauperum viduarum aliaeque causae quae
ad pietatem l. Iuliae honorem spectant.
Dummodo iis offa dia non impediantur
Abbas ad ipsum cap. cum Iulia. Ro-
ctoratus item Collatio in Iulia fieri non pro-
hibet vt volunt Alfor. Pa. 2. l. 9. c. 9.
q. 3. Suar. ipsum l. 3. c. 4. n. 14.
Ad 2. Per actiones quasdam peculiares sacr
locus polluitur V. G. per iniuriosum homici-
dium, sepulturam excommunicati aut infidelis,
culpabilem effusionem sanguinis aut seminis
in templo, aut alio loco consecrato loco
factam. vgtr a. hic vt locus sit con-
secratus, alias non polluitur Nauar. c. 6.
n. 3. alia v. actiones malae vt detrac-
tionis cogitatio licet in loco sacro fiant
non sic sacrilegae.
3tio per furtum in loco sacro, non tamen si
vs sacra sed etiam si quis alia Iuliae vsibus
deputata, aut eius custodiae velut depositum

commissa, ex eo auferatur. Ita Sylv. cum S. Th.
Verum circa haec breviter
Nota 1o. quod res sacra, v. g. calix, reliquiae
SS. paramenta sacra ex loco sacro auffe-
runt, praeter eam, petunt furti fore ad-
huc duplum maliam sacrilegii unam contra
veneriam rei ad divinum cultum speciali depu-
tatae per consecrationem, alteram ratione loci
sacri, cuius Immunitas et veneria violatur
per rei, et sacra ex eo ablationem.
Not. 2do. si res non sacra è loco sacro,
aut sacra quae ex loco non sacro auferatur
praeter eam furti petunt fore tantum unam
sacrilegii maliam ut patet.
Not. 3tio. Legistas ad sacrilegium proprie
dictum utramque conditionem requirere, ut
sc. res sacra sit, et è loco sacro auffe-
ratur; si a. non sacra, è sacro, l. sacra
ex non sacro iniuriose exportetur, non proprie
sed ipsi sacrilegium dicunt. Verum haec illige
ad forum conventionis, ubi tales mitius pu-
niunt quam ij qui utramque maliam in
uno actu coniungunt.
4to. dicitur fit violatio per abstractionem personae à loco sacro,
ad quem confugit, de qua violatione iam alibi.

Ita spes est. Usurpatio bonorum tam mo-
bilium quam immobilium ad sustentationem mi-
nistrorum Iudicia deputatorum. quae
bona etsi non ita proprie inter res sacras
censeantur, eorum tamen iniqua Usurpatio,
sacrilegium in Iure Can. passim appellatur.
ut videre est in Causa 12. q. 2. cap. nulli
liceat. et 17. q. 4. Can. 4. Ubi habetur
sacrilegium et contra legem est si quis, quod
venerabilibus locis relinquitur pravae vo-
luntatis studio suis tentaverit com-
pendiis retinere. Ratio est; quia huiusmodi
bona ex ja institutione offerentium ad
Dei cultum et honorem destinata sunt ac
propterea non in alium quam in pium usum
sacrorum ministrorum sustentationem
convertere debeant. quapropter omnes qui pro-
pria bona ac Iura Iudicia incuriose
occupant, defraudant, ac subprimunt,
non tamen simplicem iniustitiam committunt, sed
qualificatam id est, sacrilegam necessario
in Confessione explicandam.

Ipsae tn̄ via illiga de bonis Iulicis
necdum ministrorum Iulia aut pau-
perum usibus appropriatis, nam posteaq;
dictis ministris aut pauperibus per legi-
timam distributionem propria facta sunt
absq; sacrilegio in quoslibet usus et
profanos quis non licite adhibentur aut
ab ipsis quibus appropriata sunt, iniuriose au-
ferunt.

Ex jo. quod sacrilegium sit p. m. et
quod ven.

Ex jo mortiferum esse jo. quod procedit
ex contemptu rei sacrae, l. cultus qui
ad eum refertur, talia sunt sacrilegia ha-
reticorum, cum vasa sacra, sacrum, al-
taria, templa imaginis sunt. Aliquos et
similia violant, profanant, proterunt, va-
stant. Item cum sacerdotes aliqui
usos l. alios viros Iulicos qui tales
sunt, male tractant, iniuriis afficiunt.
Et quod sit aliquid in materia gravi, quod
peculiarem repugnantiam habet, cum sanctitate

personae, aut loci sacri; vt si perso-
na sacra seipsam polluat, morose de-
lectetur in cogitatione venerea; si
loca sacra sanguinis aut seminis ef-
fusione polluantur. 3. quando ex ig-
noratia l. negligentia crassa fit aliqua
notabilis iniuria rei sacrae, vt si quis
male baptizet, consecret, absoluat
si in irregularitate l. censura ordinetur
l. ordinet, si in p. m. l. eucharistiae
sacrum administret l. accipiat; si vasa
sacrata ad inhonestos l. profanos vsus
deputet sordide nimis tractet.
Ad 2dum Veniale esse sacrilegium jo. pp.
parvitatem materiae, si absit contemptus,
vt si quis rem parvi momenti surripiat
de templo, l. laicus leviter tangat rem
sacram. 2. ob imperfectionem actus s. in ad-
vertentiam. 3. si opus non habeat pecuni-
arem repugnantiam cum sanctitate rei l.
loci, sed solum generalem quo modo omnia pecca-
ta repugnant sanctitati loci l. temporis ac personae

ut si quis in loco sacro detrahat pugnam, si
se ibi inebriet, tunc n. malia sacrile-
gij per se non est mi venialis, et si petrus cui
coniungit per se sit mort.

Dr. 12.do An sacrilegi sint ipso iure
excommunicati?

Ex eo sunt nos. Jo. Excommunicati sunt per-
cussores Clericorum Cap. si quis suadente.
12. qui effringunt et sic spoliant Ecclesiam
l. aliam locum pium. Cap. conquesti.
de sententia excommunic. Ubi v. ad incursi-
onem huius censurae utrumque coniungi, et
effractio et spoliatio. Caiet. c. 21. v. Excom.
D. Incendiarij cum et hoc quidem violen-
ta effractio sit ut docet glossa in
Cap. Tria nos. 19. de sententia excommunic.
4to Incursores bonorum Ecclesiarum ex Trid.
sess. 22. c. 11. de refor. 5to extraken-
tes vel confugientes ad Ecclesiam praeterquam
in casibus a iure concessis. Greg. 14.
in Bulla. cum alias nonnulli. 6. qui ga-
bellas collectas, et similia onera impo-

nunt personis aut eby Iudicis sn̄ Pa-
pae consensu. 2o. Iudices saeculares qui
ad forum suum personas Iudicas trahunt,
aut libertatem Iudicam perturbant, impe-
diendo ne causae ad Iudicum forum perti-
neantes, ut sunt bn̄ficiales, decimarum
in eodem foro definiantur, l. eas ad
saeculare forum violenter trahere co-
nentur, aut leges l. statuta condant,
quae Iudicae libertati adversentur.
3.o dnus. Dni temporales qui Iurisdict.
q̄libet in redditus l. fructus Iudicos ex
authe usurpant, (n̄ a. si tm̄ recipi-
ant, l. furentur, ut solent alia q̄uis bona)
l. absq; legitima causa et facultate se-
questrent.
Hactenus enumerati sacrilegi ves imo
dati sunt excōi causae Papae reservata, cum
hoc tn̄ discrimine, ut ij qui usq; ad
numerum 8tum inclusive comprehendun-
tur et à religiosis mendicantibus aut
qui eorum privilegijs fruuntur absolvi
possint. Caeteri s. ves à solo Papa absol-

hic debeant, quia contraperiunt expressionem
in Bulla cœnæ contentam. unicus absolu
tio mendicantibus ordinarie non concedit

## Decretum 4tum
## De Mendacio.

Mendacium definitur proprie locutio contra
mentem, cum sc. aliud loquimur exterius,
aliud interius sentimus, idque cum volte fal
lendi. Hinc Aug. definiendo mendacium
ait, Est enuntiatio falsa, cum volte ad fal
lendum. Rx. 1o. locutio contra mentem
quo nomine accipitur, vis significatio falsa s. verbis
s. gestu s. alia ratione expressa. Est n. menda
cium fieri nutibus et gestibus, his n. sapere vice
verborum utimur. Non simulatio est mendacium
in gestu. Rx. 2do. enuntiatio falsa
falsitate sc. formali non materiali, dupliciter n. est fal
sitas una materialis quando sc. res aliter se habet quam
homo enuntiat, sed per accidens et præter intentio
nem loquentis et hoc non proprium obiectum mendacii
aut periurii. Altera formalis per se et sm. intentionem
loquentis, quia reddit credit falsum esse quod loqui

Atqui per auctoritatem verum fit et hoc constituit
proprium obiectum mendacij. Porro sicut
ad veritatem 3. requiruntur vicissim voluntas
dicendi verum, ipsa locutio et significatio mentis
iudicio conformis, ita requiruntur tria ad
mendacium sc. voluntas dicendi falsum, ipsa lo-
cutio et significatio mentis iudicio contraria
ex quibus consequitur quartum deceptio alterius.
qui n. mentitur intendit falsam opinionem
ingerere alterius animo. Ex dictis
Colligitur jo iocos non comprehendi sub ratione
Mendacij, modo ita proferatur ut ex ipso
pronuntiandi aut agendi modo facile con-
gnosci possit falsum esse quod exterius dicitur agitur.
Bices. Ergo mendacium iocosum non cadit sub
propria ratione mendacij quod est contra ratio-
nem. Ratio.
Ex neg. seq. nam mendacium iocosum etsi pro-
feratur ut delectet sit tamen animo fallendi audi-
entem s. falsam opinionem ingerendi alteri, s.
iam vispa fallatur s. n.
Colligitur 12do dicta mendacij definitione non com-
prehendi sermones figuratos s. tropicos,

Ironias, hyperboles parabolas et apologos
quia verum sensum continent, quem et loquens
ignorare mentibus audientium.
Colligitur 3tio à mendacio pariter excludi ser-
mones amphibologicos, qui cum duplex sensum
habent, prout in uno à loquente proferri, et
in altero ab audiente illigi. Nec ob-
stat, quod loquens saepe praecideat audientem
alterum sensum qui falsus et à se non intentus
est arrepturus, adeoque deceptum iri, quia decepti
unum hanc suam enunciationem non efficit, sed tantum
permittit, dummodo tamen iusta causa adsit
his amphibolijs utenti.
Verum maior difficultas est, de restricti-
one mentali, nam in ea contingat menda-
cium. Est autem restrictio mentalis, quando quis
scienter alteri quid enunciat, quod ex se et
rei significatione verborum alias esset falsum, à men-
dacio tamen excusatur quando loquens mente sua
aliud concipiendo adiungat, per quod vera
vera efficiatur, ut si latrum alium quaerenti
ad necem, et interroganti, num nemo hac
transierit tu videas minime transisse
sub illigendo sum pedibus. Hoc notabo.

Soto. Aray. Caiet. Dalled. Lopez. Afor.
Henriq. Kon. de actibus supernaturalibus l. 1.
d. 10. d. 3. et alij sentiunt, huiusmodi re-
strictionem à mendacio non excusari. fun-
dtum illorum est, quod oratio illa quae exterius
profertur sit falsa, nam si promittas
aiunt, labrami ioo. subiellnydo si debeo,
si ius habes pro exterius mentiris.
Nec obstat, quod mente reserves conditionem
illam si debeo, si ius habes pro quo oratio ex-
terna eam non significat. Verum
Contrarium est probabilius et tenet Navar. c. 12.
n. 8. 9. et 19. Sylv. v. Iuratum. Maior
Polet. Val. Sanch. l. 3. moral. c. 6. n. 35.
Less. l. 2. c. 42. d. 9. et alij multi.
Probatur 1o. quia mentiri est aliquid exterius sig-
nificare, cui interius sensus nil videtur sed potius
contrarium. at in proposito casu hoc non fit
quia loquens per ea retinet partem orationis in
mente, ut cum ea exterior oratio verum
sensum habeat, quem sensum etiam pie intendit, ergo
non mentitur. 2do. Quia in his casibus non
tenetur homo totam veritatem et mentem suam

veria nec de qua interrogari queritur, quod nec
tenere vim verba exprimere, quibus ea queritur
poterit ergo partem exprimere et partem tacitus
addere. Nec obstat quod illud quod exprimit
per se sit falsum, quia non intendit id per se
et solitarie affirmare, sed coniunctum cum eo
quod tacitus addit cum quo est verum, quod non exprimit
est solum pars totius orationis que constat par-
tim locutione mentali partim externa.

Quod a. talis coniunctio recte fieri potest
si causa iusta subsit patet ex multis sententiis locis
Gen. 27. Ego sum primogenitus tuus per sci. iure
et privilegio. Joan. 7. Ego non ascendam ad
diem festum hunc sc. modo et manifeste per

Neque obstat quod alter in decipiatur quia non di-
recte intendis decipere sed tegere tuam intenti-
onem ne ipse eam cum tuo incommodo cognoscat.
Quod a. alter falsum iudicium sibi formet,
ad hoc solum permissione te habes quia iure tuo
uteris, et ipse si omnino prudenter agere voluisset
debuisset iudicium suspendere et cogitare pro
iusta causa velandae veritatis subesse.

Verumtamen hic diligenter observa, quod in istis aequo.

rationibus aliquis loquentis non debet esse ad fallendum proximum, sed tantum ad occultandam veritatem, quam non expedit semper revelare. Hinc si religiosus saeculari vestitu indutus ut hostiles terras impune transeat, intendat se per hoc laicum simulare peccabit, quia voluntas decipiendi proximum semper mala est, secus si id agat, tantum ne religiosus agnoscatur ad incommodum sibi impendens evitandum. quo tunc tantum occultat veritatem, quam hic et nunc non tenetur revelare.

Iusta causa utendi his restrict: est, quoties id necessarium l. utile videtur ad salutem corporis, ad honorem et res familiares tuendas, item ad iras inimicitias, invidias, et similia puta praecavenda, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio tunc expediens et studiosa censeatur Navar. cap. Humanae aures. 22. q. 5. Hinc si eius non iuridice interroget sed dicere non feci, mente addendo in carcere. non habui Complices, puta in alio crimine. Dalet. c. 58. si Venias ex loco qui putatur falso peste infectus potes custodibus

oppidi videre te in non venire, te illac non transisse, illigando hoc die, l. ubi sit inspectio, sic non saltem videns ad intentionem eorum remotam sylu. v. Iuratus. Tolet. l. 4. c. 21. qui et addit, quis locus sit inspectus posse, si tamen via tor non sit inspectus potest ubi equivocatione, quia non facit contra principalem intentionem eorum, quod illige si sit vio certus, à se nil esse periculi. Ex quibus patet quotiescunque licitum est, ubi oratione ambigua, licitum est esse ubi iuxta si notas, l. notabilis causa postulet.

Nunquam licitum est ubi hoc orationis artificio in quo iuste primus veritatem occultare, si absque iusta causa fiat est abusio orationis contra veritatem et civilem consuetudinem, ac primum est peccatum maius l. minus, pro gravitate materiae et si proprie non sit mendacium.

Dices. Si restrictio mentalis absque causa rationabili facta non est proprie mendacium quomodo est contra veritatem?

Ex actu aliquem dupliciter potest esse contra veritatem. 1o. quia est contra negativum praeceptum non mentiendi, et ita est mendacium, et hoc nunquam licet. 2da. quia est contra praeceptum affirmativum indae veritatis, quod semper quidem obligat sed non pro semper.

amphibologicus q̄ sermo absq; iusta cāa
prolatus ē contra veritatē posteriori tm
modo, qa ē sctū omissionis contra affir
mativum dnda veritatis praeceptum, qd exi
gente rāe boni cōis obligat quemlibet
à proximo interrogatum ad indendam deter
minatam veritatem de qua interrogatur.
Non v. ē contra veritatem priori modo,
qa tunc ūt proprie mendacium qd nun
quam licet; licet a. in qbusdam casibus
ex iusta cāa veritatem occultare amphibolo
gicis sermonibus cum hoc soli affirmativo
veritatis explicanda praecepto prohibeatur, qd n
semper obligat.

Mendacium ita per se et intrinsece ē malum
ut nulla ex rāa, nullaq; fine quantuis virtu
osa honestari possit Ita Cōis. Phal. 5. pendesōrs
qui loquuntur mendacium. Innoc. 3. cap.
super eo. Ubi ait. dī praecepti verbo con
stanter vetari ne qs ēt pro alterius vita
servanda mentiatur. Ipsius veritati con
tradiperunt veteres quam apud Cassianum do
centes licere uti mendacio ad vitandum gra
ve incommodum l. obtinendum maius bonum vn̄ et

dicebant; mendacio utendum tamen Helleboro
quod non mi aliquo imminente morbo epitiali su-
mitur. Probabant Exemplis; Jacob. Gen. 27.
2. Aegyptiarum obstetricum quibus Rex edifi-
cavit domos Exod. 1. 3. Judith quoque Cauda-
tissima femina compositis mendaciis urbem
suam obsidione liberavit. Rex Cyrus post
observationem suam in peregrini habitu se fin-
xit longius ire. Luca 24.
Ad jus Ex quod Jacob locutus est ex Spiritu S.
instinctu prophetice per allegoriam locutum
esse, ut eventus ostendit. Aug. de mendac.
Ad 2dum Ex eodem; obstetrices Hebreo-
rum fuisse laudatas non propter mendacium sed propter misericordiam
quam servandis a nece infantibus praestiterunt
hoc modo etiam Judith. inquit S. Th. q. 110. a. 3.
ad 3. laudatur a qua mentita est Holoferni sed propter
affectum quem habuit ad salutem populi.

Dividitur a. mendacium jo. ratione finis vel
effectus in Jocosum, officiosum, et perniciosum.
Jocosum est, quod causa voluptatis l. sua l. ali-
ena dicitur. Officiosum quod causa utilitatis. Strong.
a. tale esse debet, ut nemini noceat. Perniciosum

est, quod alicui iniuste nocet, sicut alteri
prosit, s. obsit, s. quod est contra honorem Dei
l. bonum proximi, tale est omne mendacium
in religione, fide, in sermone Confessio-
nis, in iuribus, detractione in falso testimo-
nio, in contractibus iniquis. Est a. hoc
mendacium mortale, quod est contra Charitatem
Dei aut proximi, ratione tamen materiae ut si
nocumentum sit parvum, potest esse ven. Uli-
qua duo genera solum sunt peccata ven.

2do Dividitur mendacium ratione signi
quo quis utitur, hoc modo aliud consistit
in verbis, aliud in factis. Illud proprie
vocatur mendacium, hoc v. simulatio, cuius
species est hypocrisis, quae per se est p. tamen ven.
potest tamen esse mort. jo. ratione finis ut si quis
simulet se iustum, sanctum, vel falsum doctri-
nam simulet seminet, ut solent mentiri ha-
reticorum. 2do si contemptus sanctitatis l. re-
ligionis sit coniunctus, quomodo multi
politici hodie solum curant ut exterius in
deum iusti l. catholici, cum interius reli-
gionem nihil faciant et contemnant. S. Th.
q. iii. a. 4.

Ibid. dicit mendacium sm Ethicos
in iactantiam et ironiam, quod tamen non illige de
omni mendacio, sed quo quis in iis quae ad laudem
pertinent, mentitur. Iactantia est, cum quis ma-
iora de se praedicat quam insint. Ironia v.
cum minora quam insint, i. cum laudabi-
lia quae inest negat. Vide Arist. l. 4. Eth. c. 7.

## Dubium 5tum

## De Periurio.

Periurium duplex accipi potest pro proprie pro
iurato cui deest veritas, ut si falsum fu-
ens confirmes, quod fit in periurio assertorio,
i. si fidem datam et iurato confirma-
tam sine iusta causa non servas quod fit in iurato
promissorio. 2do generatim pro omni iurato,
cui ex 3bus conditionibus aliqua deest s. iu-
stitia, s. iudicium, s. veritas. Veri-
tas in iurato assertorio in eo consistit ut
iurans arbitrer esse verum id quod iure iurando
asserit s. praesens sit s. praeteritum. Sed in iu-
rato promissorio duplex veritas exigitur una
de praesenti, nempe ut adsit animus
vel iurato promissa implenda, in quo conveniat

cum Juncto assertoria, altera de futuro
ut res promissa impleatur suo tempore. Ju-
stitia s. consistit in eo, ut actus iurandi
sit iustus ac rectus, id est, non cadat super
actum s. materiam illicitam. Judicium dicitur
est discretio et providentia quaedam in omni iu-
ramento necessaria, quae tria involvit jo-
ut veritas iuncto stabilienda nequeat
alia via probari, nam manifestas veri-
tates Juncto confirmare temerarium est.
2. ut subsit necessaria s. pia causa iuran-
di. 3. ut praecedat veritatis maturum
examen.

Obj. ja. Periurium assertorium si cum plena
deliberatione fiat in quacunque materia gratiae
vis levi semper est p. m. Ita communis. Nec
excipias falsum Juncto iuri causa factum, ego
sic aliquo modo gravius est, quam si se-
rio dicerem, cum sine ulla necessitate Dei nomen
in testimonium falsitatis assumam. Idem
dicendum si quis rem sibi dubiam iuret ut
certam, secus si rem illam asserat ut dubiam;
dicendo v.g. suspicor ita esse l. credo ita se
habere, idem quoque tenendum si quis temere l. leviter

putet esse verum quod iuret, non curans interea l.
vipsa sit verum l. falsum. Ratio. quia obiectum
iuris ~~est~~ ~~dicta~~ veritas debet esse veritas certa
et satis explorata pro conditione tamen et qualitate
materiae, quod ideo addo, quia non aequalis diligentia
in omni materia ad perscrutandam rei veritatem
exigitur, nam jo maior in rebus egregiis et
arduis desideratur, quam in minoribus ob-
viis et per se claris. 2do. si iurans pro-
prium factum iuret, maiori opus est certitu-
dine, et plerumque facti evidentia aequalis
de propriis actibus haberi potest ac solet. 3tio
si iurans factum alienum iuret, l. simile
de quo adeo certa et evidens cognitio haberi
non potest, sed tantum probabilis tunc maior est ad iuris
assertorium certitudo non requiritur, atque praeter
opinionem contingat vel aliter se habere. Ipsum
ad veritatem huius iuris satis est, iuran-
tem audisse vel illam a persona ita fide-
digna vel morali sit certus vel ita se habere,
at in iudicialibus hoc non est satis quia in eo
iudicio testis de solo auditu non semiplene
probat, debet ergo esse testis de visu, s. debet de-
stari se aliquid sive notitia ipsius l. praesentia

ut eius dicto integra fides hi sit ad
semiplenam probationem, ex consuetudine tamen
et in iudicio testis de ~~auditu~~ sola forma
examinari solet.

Con: 2da Iurans non falsum, quam praemissa
debita diligentia verum putavit vacat culpa
ita Cris. si v. non adhibuit debitam di-
ligentiam erit mort. l. veniale pro ratione neg-
ligiae in veritate inquirenda admissa.

Con: 3tia Periurium est à mort. excusari
perfecta deliberationis defectu, ut si quis ex
lapsu linguae iuret id, cuius veritatem non
sufficienter discussit, aut adverterit se iurare
non tamen advertit id quod iuravit esse falsum. S. Th.
2.2. q. 89. a. 3. si quis tamen dum initio
iurare cupit non plene advertit postea tamen
in ipso iuramenti discursu adverterit mendacium
et non advertit non cessat, est mortale
quia tunc consulto falsum iurat.
Sylv. v. Iuramentum. Quod si defectus huius
indeliberationis aut inadvertentiae proveniat
ex praeva aut diuturna iurandi con-
suetudine, tunc sunt superius dicta ea af-

factum constituit in pctq mort. statu, tenetq
sub lethali eam consuetudinem extirpare
cum n. talis non soleat advertere an verum l.
falsum iuret, exponit se proximo et morali pe-
riculo periurandi, et licet contingat non
nunquam verum esse quod iurat, id tamen casu
et praeter intentionem iuratis accidit, cum
ille iurandi usus sit aeque falsitati ac
veritati expositus. Ex quo deducitur
affectis hac prava iurandi consuetudine
non nunquam negandam s. differendam esse absolu-
tionem, si m. nec firmum eius extirpandae
propositum habeant, nec rationes externas quae
proximum illius consuetudinis periculum afferunt,
evitare velint. Sacar. l. 3. de Relig. c. 8.
ubi monet non esse in hoc scrupulose procedendum,
neq. n. oportet Confessarium iudicare
fore ut poenitens nunquam amplius diminuat,
sed satis est, quod de pctis, et de mala consuetu-
dine praeterita doleat, emendationem firmiter
spondeat, peccandi rationes auferat, et circa
hanc kndam esse fidem ipsi poenitenti, sicut in
aliis quae pro se aut contra se dicit.

Con: 4. Iustum promissorium semper est p. m. quod

ipsi veritas de praesenti deficit, idem, quia
iurans non habet animum servandi vel promissam dum
iurat, s. ea parva s. magna sit, s. licita
s. illicita. quia hac veritate deficiente est
perfectum mendacium, cum iurans affirmet se
facturum quod vissa cogitat nolle se fore, et
ita cum gravi irreverentia Deum falsi testem
statuit. Ita Cons. et certa, idem dicendum
de eo, qui iuramento aliquid promittit credens
fore vel implere nequeat, quia deficit veritas
cum non adsit firmus implendi animus.

Dices saepe quod filio aut famulo sub iu-
ramento interminari se eum occisurum, ca-
put ense divisurum si haec l. illa iussa
non perfecerint, interim cogitans ipse haec
iuramenta implere non posse, et tamen nemo dixerit
hunc esse periurum si non servet quod iuravit.

Respondeo iuramentum illud esse hyperbolicum, cuius veri-
tas non est pensanda iuxta sonum verborum sed
tantum sensum sensum qui est, quod quis filium aut servum
velit graviter punire.

Cor: 5ta Iuramentum promissorium si ei desit ve-
ritas de futuro (idem quando quis dum iurat
habet quidem animum implendi vel promissam, postea

v. id quod promisit absq; causa non implet.) semper
est p. m. si promissio sit rei notabilis. Cons.
Sed difficultas est; si iuratum in re parva vio-
latur an sit p. m. Caiet. h. a. 7. ita dicunt:
si res parva est tota materia promissionis violatio
iuratum in re parva erit peccatum mort. quia tota
promissio violatur. Ut si iuratum promissionis esset
et nil solvas; si a. sit solum pars materiae erit
tantum ven. Ut si promissionis 3. aureos, et unum
esset in solutione praetermittas. Ess. c. 42.
d. 5. et alii cum ipso quos citat absolute
docent violationem iuratum promissionis in re parva
si serio promissa sit esse peccatum m. m. quod putat
promissorium non curare rem parvam, et facile
condonaturum, cum aliàs paratus sit solvere.
Probant jo. qui rei parvae promissionem iuratam
confirmatam non implet, is quantum in se est, facit
Deum testem falsi, hoc a. est p. m. 2do. Iuratum
respicit materiam non quoad magni l. parvi momenti
sed quoad vera, quod ex magnitudine l. parvitate non
debet iudicari eius obligatio sed ex veritate, eiusdem
a. rationis est in re parva et in magna Deum
falsi testem fieri. à quibus si quaeras cur vio-
latio iuratum in re parva sit p. m. non tamen violatio

voti in fundi. Respondent quod in voto spe-
cialiter an res sit parva l. magna in ordine
ad honorem Dei, et si parva sit, non censetur
honor Dei ex violatione voti in parvum
laedi, et sic esse p. ver. in Junto a. hoc
non spectari, sed solum curari ut sit verum
quod iuratur, quia Deus adducitur in testem
veritatis. Sanch. Dicitur l. 3. moral. c. 4.
n. 23. et alii complures, quod ipsum quos
sequitur, generaliter docent, si res promissa sit par-
va, non fore in ver. Fundatum huius sententiae
est, non esse vere et proprie mendacium non im-
plere promissionem cum animo implendi factam
sed esse infidelitatem, ut expresse docet S. Th. 2.2.
q. 110. a. 3. ubi ait, qui aliquid promittit
si habeat animum fundi quod promittit non mentitur
quia non loquitur contra id quod gerit in mente
si v. non faciat quod promittit, tunc videtur
infideliter agere per hoc, quod animum mutat.
Confir. nam mentiri est intrinsece malum
ita ut nunquam liceat, at non implere id
quod promissum est, saepe licet, quo fundato
posito probant suam sententiam. qui
certo promittit non licere fore cum recto

et, firmo aio implendi; etsi postea mutato
aio fidem frangat non mentit, ut promissum
est, quia nec adducit Deum in testem falsi. Probatur
seq. quia si promissor infidelis non praestet quod pro-
misit, proprie nullam ascribit Deo falsitatem
sicut nec testibus in contractu ascribit
ulla falsitas etsi non servetur contractus; laedit
tamen honor testium, quos non habita ratione authoris
eorum quae in testimonium sui contractus vo-
cavit, fidem promissam fallit, laedit inquam,
sed excusari potest laesio ob parvitatem materiae in qua
est infidelitas, vel parvam non n. laedit honor
mi mediante infidelitate, parva a. est infi-
delitas, rem parvam promissam non servare.
2do. Sicut dum homo adducit in testem promissionis
adducit solum ut attestetur de contractu prae-
senti, et obligatione in orta, ad respectum executi-
onis futurae non adducit in testem, sed tamen ut pra-
stet authorem per modum cuiusdam fideiussionis quia
quando non implet quod promittit, non adducit
Deum tanquam testis mendacii sed tanquam fideiussor
cuius authoritas quasi minuitur et aliquo modo
contemnitur, si promissum non servetur. Ipsius haec
sententia videtur et doctior et probior.
(on): 6. Quartum assertorium cui deest iustitia

qa est de se iniqua, et ex gratia suo petitur
tamen Ven. Ut si quis cum iusto vellet crimen
alterius vere ab ipso patratum, sine causa, quia in
tali casu iuramentum non confirmat detractionem ut
iniquam, sed quia veram, ideoque malitia detra
ctionis tamen per accidens se habet ad iuramentum, in di
recta intentione iuramentum assumens ut instru
mentum illius peccati, ut augeatur et probatur
fiat infamia pro tunc non est p. m. nova
malitia infamia superadderet in confessione necessario
explicandam.

Con: 7a. Iuramentum promissorium de se mortaliter illicita
est peccatum m. ex iustitia defectu, s. iam adsit aliquis
implendi vel promissa s. n. si tamen adsit aliquis
duplex erit peccatum unum contra religionem, al
terum contra virtutem in cuius materia peccatum
l. peccandi propositum habet. si a. non adsit
aliquis implendi, est tamen unum peccatum contra reli
gionem, quia iuramentum est mendax.

Con: 8. Iuramentum promissorium de se veniali mala,
item de opere l. omissione indifferente aut
repugnante Evangeliis consiliis est ven.
tamen peccatum ut iustitia defectum. Sanch. ist. n. 31.
et 31. qui recte admonet numero sequenti
minus malum esse iurare vel veniale, indif-

ferentes aut contra consilia aīs exequendi
quia absq; tali aīs qa in priori casu ven-
tum committit, in posteriori v. mort. periurium.
Contra v. maius malum est (i. falsum exterius)
iurare vel mortale, v. g. homicidium aīs exe-
quendi quam sine tali aīs, qa in priori casu est
duplex culpa mortalis in posteriori v. simplex.
Con: 9. Iurtum s. assertorium s. promissorium cui
deest tertius comes, id est, iudicium s. discretio
quis nisi sine iusta rēte fit, nec excedit culpam ven-
qa nec continet gravem irreverentiam sicque solius va-
nitatis aut superfluitatis ptum est. Suar. l. 3. cur.
n. 3. Not. dixi quis sine iusta rēte fit, qa si
desit iudicium ex parte necessaria inquisitionis verumne
sit, an falsum qd iurat, item qn ex prava con-
suetudine iurandi procedit, defectus iudicij est
ee mortalis sm superius dicta.
Con. Vlt. Periurium s. assertorium s. promisso-
rium qd cum execratione fit, v. g. moriar,
Deus mihi propitius non sit nisi verum sit qd dico,
est ptum m. quoties falso et deliberate ita iu-
rat, etsi res levis sit in iurto assertorio.
Item et in promissorio deficiente veritate de
praesenti dum iurat, nec a. de futuro, hic n.
mā gravis reptr sm superius dicta. Ita Cois.
si tn aliqs tali iurto confirmet qd sit l. certo

credit verum esse, nec debet mortalis peccati dam-
nari per se lege. et scandalo essente in
freyntt ita iurando aiadcertat sibi ma-
lam consuetudinem ingenerari, per quam dig-
ad periuria perveniat.

Punitur periurus in foro Civ. praeter poenam ar-
bitrariam adhuc civili s. legali infamia,
de facto incurrenda. si in. pacta voltria, l.
transactiones in iudicio iuratas violavit. l. si
quis maior. Cod. de transactionibus. quae
tamen poena ad alia periuria, puta assertoria
l. extra iudicium, etiam ad promissoria quae
contra solum Deum committuntur extendenda non
est. l. ult. ff. de crimine stellionatus. In
iure Can. 22. q. 1. c. ult. decernitur ut pro
crimine periurii gravissima poena imponatur
Clerico, qualis pro adulterio et homicidio
imponitur, unde et casus criminalis et ordi-
narie. Ipsis reservatus est, si publice et in
iudicio potestatem sit periurium. quod obrem convictus
de hac crimine deponendus est. Cap. Krebyter.
dist. 8. Cap. cum non ab homine. Caeterum
an iudicis sententiam s. ipso iure, nulla censura
l. poena canonica ob periurium incurritur
sicuti docent Secar. ibi c. 20. n. 21. Jul. Clar.

5. sent. §. periurium: alij testantur quod periurus ipso facto est excusat beneficio l. dignitate sed a Judice privandus sit.

## Q.o 7.da

### De Simonia.

Dubium jus.

Quid et quotuplex sit Simonia?

Simonia dicitur a Simone Mago qui cum vidisset Act. 8. quod per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus S. obtulit eis pecuniam dicens; date et mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus accipiat Spiritum S. Cui Petrus; pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum Dei aestimasti pecunia possideri.

Definitur Simonia: studiosa voluntas emendi l. vendendi pretio tempo-rali aliquid spirituale, l. spirituali annexum; spirituale est 3plex. 1o per essentiam ut gratia gratum faciens et gratis data, dona Spiritus S. et virtutes sigma-ales. 2. causa qualia sunt sacramenta atque officia Ecclesiae. 3. Effectiva quod est effectus vi spiritualis et sunt actus gratiarum, ordinum et officiorum Ecclesiae.

Spirituali annexum est 3plex. 1o. annexum antecedenter ut sunt ornamenta et vasa sacra, templa et similia, item jus patronatus, praesentationes, electiones, enunciationes

collationes beneficiorum. 2do Concomitanter
ut est ipse labor qui in administratione sa-
crificiorum et beneficiorum sermonum Iudicium
subitur. 3. Consequenter et est ius percipi-
endi redditus Iudicis pro spirituale ministerium
aut officium. Per venditionem et com-
ptionem illiquis quivis contractus quo res spiritualis
aut precio, aut re precio aestimabili com-
pensatur, s. sit munus à manu, ut est non
tantum pecunia sed quovis etiam munus quod manu
exhibetur, s. sit munus ab obsequio, ut ser-
vitium aliquod, s. munus à lingua, ut est
huius laudatio preces et intercessio ad favorem
huius acquirendum. Item hoc ex gratia sua
mortale est, et spes quoque sacrilegii ut notat
Aphor. l. 9. c. 7. q. 8.
Simonia multiplex est, jo. alia est mentalis
qua nullo signo exteriori exprimitur, sed
tantum mente concipitur; alia conventionalis
quae signis quidem exprimitur sed reipsa ad eum
executioni mandata, s. ex neutra parte, s.
ex altera tantum, eo quod alter tantum dederit temporale
alter vero spirituale tantum promiserit, l. è contra ut
docet Pal. B. 6. de Symonia. q. 15. p. 5. Alia
est realis quae per verba illa voluntas verbis expri-
mitur et reipsa executioni utrimque mandatur

Ut si quis beneficium iam decepit, et pro eo solvit promissos ioo. l. partem. qui a. fide solum sine omnino implendi promittit, Ipso pecuniam pro beneficio non est vere symoniacus, nisi quoad actum externum promissionis. Ratio est; quia deest voluntas emendi atque ita talis neque conventionalis, neque realis symoniacus est.

Simonia alia prohibetur iure naturali et divino quam iam descripsimus; alia iure tantum positivo humano s. quod res quae commutantur in se sunt temporales tantum ac natura sua permutabiles, ut si offa deanomia provocatio rerum Ecclesiarum p. s. quod utrinque sint speciales ut cum permutatione beneficia Ecclesia propria primata authe, l. cum authe quod est superioris sed tamen cum pacto occulto, ut is qui recipit pinguis beneficium conferat aliquam pensionem ei qui illum resignavit, non tanquam pro precio talis resignationis, hoc n. esset proprie symonia, et contra ius naturae sed pro excessu fructuum illius compensando. Et permutatio haec quis non sit contra ius naturae est tamen prohibita in iure positivo Cap. quaesitum extra. de rerum permutatione. Ubi est pactum occultum in specialibus dum continere labem symoniae.

Ex dictis patet, symoniam iure mere positivo prohibitam impropria esse symoniam, ut in adductis exemplis patet, nam quantum ad ius spectat nihil ibi speciale emitur, sed purum temporale sicque quod

Iulia prohibet ne Kuigm. tpralia offa
administratorum Iulae vendant, ne ef-
ficit ea sacra et spualia, sicut qn conse-
cret V.G. aliquem, prim. vendere vt sacrum
et spualem est vera et proprie dicta symo-
nia contra ius naale. Sz relinqt Iulia
officia illa in suo esse tpral. et solum pro-
hibet venundari ob respu quendam remotum
quem habet ad Theoriam et cultum Dei.
quantum v. ad posterius exemplum attinet, neq
ibi proprie symonia committit cum l. nullum
vio interveniat precium tpale l. si qd interve-
nit illud tm sit ad exequendos fructus tpra-
les pinguioris beneficij. Vol. cito q. 16. p. 3.

Dubium 2dum

Qmo in particulari committat symo-
nia, ex parte obiecti?

Huic dubio per aliquot quaesita satisfiendum est
Ex G. jo. an vendere officium s. operam do-
cendi sit symonia? Ex ne ee, etsi pro ipsa
theologia stipendium acciperet. Ita Cois. qa
nulla scia hua industria acquisita qua
talis ex sua naa refert ad gram divinam
conciliandam, sz tm ad illu minandum illum.
in Cap. a. prohibens. tm prohibet ne Epus pro

ullo sui moneris actu quo facultatem alicui do-
cendi et grammaticam tamen concedit pretium accipiat.
Ad 12.dum An accipere pretium pro actibus virtutum
sit symonia. Et quidem quod potissimum est de actibus
earum virtutum quae sunt ad alterum, ut sunt actus mia
Justitiae Religionis, in his n. cum cedant in al-
terius utilitatem videtur quae hic bonum vendit, Ratio
a. dubitandi est, quod omnes actus virtutum valeant ad
vitam aeternam consequendam, ac proinde videantur esse
quod spirituale quod non potest compensari pretio. Ergo in
actibus virtutum diligenter esse dicendum, quia
ratione sint aestimabiles; si n. aeterna sint aesti-
mabiles quia ad gratiam et salutem conciliandam
pertinent, omnino erit symonia illos emere et ven-
dere, nam vendi tunc illique id quod spirituale est,
sed v. actus virtutum sint temporaliter aestima-
biles propter aliquam utilitatem temporalem quam af-
ferunt, ut sunt actus quidam mia. ad corpus perti-
nentes. v.g. procurare funus, inservire aegris pro-
pter quidem ea ratione sunt symonia pro pretio con-
ferri, dummodo nil accipiatur propter spiritualitatem quam
habent, sed propter temporale commodum, quod afferunt, aut
quam habent obligationem aut alia onera coniuncta
ita n. non pro ipso actu virtutis pretium accipitur
sed pro aliquo onere cum actu virtutis con-
iuncto; sic in Matrio contrahendo non pro actu
scientiae sed pro onere sustentandi coniugem dos

recipit, sic et in ingressu religionis non
pro actu virtutis, quo persona in ordi-
nem coaptatur ut Deo serviat, sed pro onere
sustentandi personam, aliquid interdum in Mo-
nialium Conobijs accipit. Hoc titu-
lo licite Dei exigunt expensas pro con-
secratione Ecclesiarum et visitatione, neque hinc
sequitur Clericos non gratis ministrare, quia non
exigunt quicquam tanquam ministerij spiritualis
pretium; hoc enim tanquam maius omni pretio gratis
praestant. Ut tamen hoc praestent gratis requirunt
a populo debitam sustentationem. Similiter sacerdos
pro obligatione fidei sacrum tali loco et tempore
ut et pro labore itineris potest quod accipere quam
haec obligatio eum hic et nunc privat aliarum
actionum utilitate et commodo. potuisset enim inte-
rea sua temporalia commoda alibi procurare
Cuiet. V. Symonia. Sic Vicarij Pa-
rochorum et Praelatorum possunt quod accipere
pro obligatione qua se ad omnium l. mensem
astringunt et privant facultate vacandi alijs
negotijs lucrosis. Imo possunt etiam pro labore
~~itineris~~ extrinsecus sacrae actioni coniuncto
ut est labor baptizandi, consecrandi, pro
aliquo accipere, hoc sensu non tanquam pro
re venditili eius pretij mensura sit pecunia

hoc n. symonia esset, sed quia iste labor et
actio sacra est conditio sine qua non esset debitum
stipendium, et qua posita est debitum. Sicut
ex iustitia debet mercenario merces esse
praestito ita mero verum spiritualium debet
stipendium, hoc discrimine, quod ibi debetur
merces tanquam aequivalens operi, hic non debet
vel aequivalens ad compensandum opus sed solum
vel subsidium necessarium ad sustentationem debitum
est opus spirituale tanquam ob conditionem necessariam. Less.
d. 8. de symonia. n. 54.

Oppones. Saepe accidit mercenarium spiritualem ali-
unde hic non vivat, puta ex patrimonio l. vel
ditibus Iudicis aliis sufficientibus quo casu ac-
cipere spirituale ob sustentationem debitam, videtur
esse pallium avaritiae et symoniae? Confir-
mat cum doctores stipendium quod licet accipere,
non appellent stipendium nec totis, sed illius
symoniae esse si quod ad sustentationem non necessarium
aequivalet.

Ex Titulum, licite recipiendi stipendium per
se loq. non esse pauperem. Sed officium spirituale
populo impensum, ex quo oritur in populo
obligatio gratitudinis ad reserendam eam per
spirituale stipendium. Ad dubium non est, quin
sicut Clericus pauper et Clericus dives possit
officium spirituale in populum conferre, quod sicut

Clericus pauper potest recipere stipendium spirituale
ita etiam divus, nam quod aliquis alium habeat
necessaria ad vitam per accidens est; quod attinet
ad populum cui spirituale officium confertur; quod
debet ei nihilominus gratiam temporalem referre.
iuxta illud Apostoli; nemo militat suis sti-
pendiis. Ad Confir. Ex quo BB.
appellant stipendium clericorum stipendium
nuptiis, sensum esse non quod non liceat id petere
quando aliaqui suppetunt necessaria, sed quod non liceat
petere ultra id quod communiter est sufficiens ad vitam
honeste sustentandam, l. per accidens aliunde
quod habeat necessaria ad vitam l. non.

Ex 3. an sit simonia dare l. accipere
aliquid pro omissione actus spiritualis?

Ex 1o. dare pecuniam pro omissione actus spiritualis
ex aliqua circumstantia mali V. G. ne quis
absolveat, l. eligat indignum neque simo-
nia, neque peccatum est. Non simonia, quia nil
spirituale tunc fenitur, neque donati pecuniam
aliquid spirituale accedit. Non peccatum; nam lici-
tum est deterrere alterum à malo inter-
posita pecunia sicut quocunque alio moti-
vo ex se non illicito.

Ex 2do. Dare pecuniam pro omissione actus
spiritualis debiti, et tunc quoque recti, peccatum

est, sed non est simonia. Jus patet, nam sit tunc
iniuria alteri, qui habebat ius ad illum actum
ut si quis daret pecuniam paracho, ne absolvere
ret aliquem in actu. Secundo probatur. quia nuda
omissio actus spiritualis non est quod sacrum et spirituale.
Ex 3. Dare l. recipere pecuniam pro omissione
actus spiritualis debiti, est dici simonia impro
prie, quod tunc plurimum sit pecunia quasi,
quam actus spiritualis, quamquam ut consequatur pe
cuniam, praetermittit actum spiritualem quem aliaque
est facturus.
Ex 4to Utrum quae spiritualibus antece
denter annexa sunt possint emi l. vendi!
Ex Ea quae per se pretio aestimabilia sunt, ab
strahendo, a consecratione s. ordine quem habent
ad rem spiritualem possunt emi et vendi, alia non possunt
ex ea cois. Vendi possunt imagines, ornamenta
et vasa sacra, quae si profanis vendunt
prius sunt confringenda, seu si iudicis ad usus
sacros. Huiusmodi etiam videntur esse terra sacra
pro sepultura ex sylu. v. sepultura, quod
tamen illiga sum sa, quam petit certus et honoratus
locus sepulturae aliaqui sum canones illi
citum est pro terra qualibet sepulturae aliquid
accipere. Ubi tamen Not. sol.
licet non possit pro sepultura aliquid exigi

ut praeterea posse tamen accipi si sponte offe-
rat. Item si diuturna consuetudo intro-
ducta sit ut aliquis dicit Cap. ad Apliam
Sylu. supra.

Not. 2do fundum haud dubie cum posse ad
usum sepulturae sacrae. Imo in casu necessitatis
fundum in quo Tulia l. Cameterium si-
tum est, vendere, non est illicitum, sicut et ipsam
Tuliam aestimando saltem expensas, quae
in ea facta sunt, vel necessario fieri debent.
nam huiusmodi materialia quibus consecratio l.
spiritualitas ipsi accidentaliter connectitur semper
sunt se aestimabilia et vendibilia ma-
nent, Tulia inquam, vasa et vestimenta
sacra, dummodo ipsa consecratio non aesti-
metur sed una cum materiali transeat. Suar.
c. 17. n. 12. De Symonia.

Aliqua tamen huius generis ob peculiare ius
positivum vendi non possunt, ut est officium quodli-
bet administratoris rerum Tulicarum
oeconomi Tulia, sacristaniae Val. p. 2. et 3.
Item vendi non possunt ius patronatus id est, ius
praesentandi et eligendi ad officia et beneficia
Tulica. Item renunciationes et procu-
rationes beneficiorum, aqua benedicta, reliquiae ff.

agni Dei nullo ornatu vestitus; testimonium
ordinis aut collati beneficij. Item vocare et
examinare ordinandos, nisi etiam in his aliqui
sumptus intervenerint, ut si quis agnus Dei ex
cera, aut medalias aere cuiusvis fundi et
precium pro cera aere, fusione solvat, tunc
potest pro iis compensatio fieri.

Q. 6to An pro onere et labore con-
comitantes omnes rebus spiritualibus possit accipi
pretium?

R. 1o. Potest si labor sit tantum accidentaliter omnes ut
est musicus cantus in officio divino, qui ex con-
iunctione cum re divina non amittit valorem.
Deinde potest quis accipi pro adiuncto damno l.
privatione lucri, nisi positivo iure id pecu-
niam prohibeat. et alium sufficienter compensetur.
Item ait Val. nec pro ordinatione ne pro di-
missoriis ullo praeceptu, nec pro cera quae est
aut membrana potest quis ab ipso ordinante
accipi pro Trid. sess. 21. c. 1. licet de cera
non negat Navar. c. 23. n. 102.

R. 2do. Pro onere et labore intrinsece
omnes et per se requisito ad sacras actiones
non licet quis accipere, v. g. pro actu et la-
bore celebrandi consecrandi, benedicendi pro
Ita communis cum S. Th. 4 dist. 28. q. 3. a. 2.

Ratio est, quia labor, iste abstrahendo ab
ordine ad rem spiritualem non est pretio aestima-
bilis, quia non videtur improbabile esse posse
quod accipi pro tali labore ut onerosa, ut
sentiunt cum Bonac. Canonista. Verum
hic memoria tenendum quod supra diximus
posse esse pro labore intrinseco sacrae ani-
mae conjuncto aliquid accipi, non tamquam pro
vendibili cuius pretii mensura sit pecunia,
sed quia iste labor et ad sacra est condi-
tio quia non esset debita sustentatio et quia
posita est debita.

6.to An beneficia iure naturae absque si-
monia vendi possint? Sto Resp.

Nota. Tria posse considerari circa beneficium
Iuliciam jus. est titulus iste quo beneficium
habetur, hoc est dignitas s. officium quo Iulica
persona destinatur ad aliquid spirituale mini-
sterium, verbum est dignitas presbyteralis
parochialis episcopalis. 2dum est ius s.
facultas quam habet talis minister ad vi-
piendos fructus ex rebus Iulicae. 3tium est
ipsi fructus qui vicipiunt. hoc posito
Tria certa sunt in isto quaesito, jo certum est
ipsum titulum s. officium spirituale esse ipso iure

nõa invendibile, nõ per se et qd spuale.
2do certum est. fructus ipsos põe vendi iure
nõa et est positivo. 3tio certum est. Et põe
locari ius recipiendi fructus absq; vitio si-
monia, sic n. nõ commutatur pretio ipsum spuale
ius sepale s. directum recipiendi fructus; ma-
net n. nihilominus quod beneficiarius sit tm
vendit quoddam aliud ius 2dorium s. utile
de quo Nov. c. 27. n. 149. Prohibet tn lo-
cationem in perpetuum imo et ultra triennium
ex peculiari extrav. Pauli 2. quam tn
Novar. ipse dicit nusquam esse receptam.
Tn sylv. s. simonia probabiliter põe
fieri talem locationem ad vitam locantis.
Hoc tria inquam certa sunt. Et tum est
controversum, utrum sic. Jus s. facultas rec-
piendi fructus põit vendi ex nõa vi absq;
simonia. Jus inquam jarium et tralem nõie
beneficij Tulici significatum. Et quod glossa
ex Cap. ex parte extra de offo legati. Joan.
de Butrio. Turrecremata cap. 1. de simonia
sentiunt viam Tulicia beneficia põe vendi ex
nõa vi tantum, id prohiberi iure positivo
absq; adeo Papam põe vendere quodvis beneficium
Quod et sentit Nov. c. 23. Manualis. n.
108. Ratio eorum est, qd quicunq; aliqd

abstrahendo à spiritualibus s. ab ordine quem
habet ad spirituale valet ad aliquos usus tem-
porales aestimabiles, quia sub ratione illa
sic abstracta vendi ex natura rei absque
symonia, sed ius recipiendi fructus propter
titulum spiritualem abstrahendo ab ordine
quem habet ad talem titulum valet ad mul-
tos usus temporales aestimabiles ergo etc.

Verum contra Rx. Neg. fundatum est; quia
beneficium dicitur propter officium (titulum spiritualem
sic.) atque ita est annexum spirituali, conse-
quenter et dependenter, quia sicut officium est spiritua-
le, ita et beneficium, quia vendi non potest.
Confir. authoritate Paschalis Papae cap.
si quis obiecerit, ja q. 3. ubi inquit: quia
unum sine altero non procedit, qui unum ven-
dit, alterum incenditur non delinquit, ex
quo concludit, nemo igitur beneficia vendat.
Ad contra sentia ratione Rx. si illa
esset firma secuturum eadem ratione absque
simonia vendi posse offa ipsa spiritualia, ita
ordines ipsos sacros, Episcopatus, dignitates,
quia sunt haec considerari possunt abstrahen-
do à spiritualibus, quae valent ad varios com-
moditates temporales, ut ad immunitates, ho-

necessitas sustentandae p. Vnde illud quod in
maiori sumitur, carmina ad licitas res ten-
dicas superfluit. in ctt. ex parte complete esti-
mari et coemi abstrahendo à spiritualita-
te atque ius recipiendi fructus ex tali cap.
sit quodam modo fundata in ipso titulo
spiritualis officij, non potest complete concipi et aestimari
abstrahendo à titulo spirituali. Sicut et in alijs res
in calice, vestibus sacris &c. haec n. temporalia
aestimari ac vendi possunt, quia quaedam talia esti-
mabilia sunt, nec sunt ipsae absolute quae possunt
complete concipi et aestimari sine respectu ad
spirituale, quibus sublatis consecrantur ex quo fierent spirituale.

Qu. [illegible] Sitne simonia res spirituales cum spiritualibus
commutare?

Resp. non esse. Si in utraque nihil temporale est quod ipsi sit mere
res rei spiritualis annexa, sic. Iuxta Sal. p. 3. Si
citra crimen simoniae licet sibi invicem servi-
tia re pro alio, vel ius rei ipsorum orat, sacrificia
&c.

Resp. 2do. Permutationem beneficiorum sibi invicem
simoniacam esse, si fiat sine legitima auth. superi-
oris. l. si in permutatione beneficiorum interve-
niat utrinque partes, ut donata aliqua pensione
illi qui pinguius beneficium resignaverit, vel sine
ut sic pariter resignantis sit vel sit complementum
aequalitatis fructuum.

Ad 3. permutantem beneficium absolute resig-
nando illum superiori sub occulto pacto inde-
pendenter ab auctoritate superioris adiecto, pro-
hibentia licite fere. 1o. sperare à superiore
aliud, ita ut non speraret aliud nec resigna-
ret prius. 2. Eandem spem verbo scriptus
significare. 3. rogare superiorem ut receptor
opulentioris beneficij aequet proventus, sive per
annuam pensionem, sive per solutionem praesentis
pecuniae. 4. Convenire cum altera parte
de modo solutionis à superiore tamen appro-
bando, adeoque dependenti ab eius volte
Navar. c. 23. n. 100.
Hinc colliges 1o. recte docere Sa. V. simonia
esse simoniam dare alicui temporale tanquam
pretium ut suadeat alteri ut det Phi
beneficium. 2. dare pretium patrono ut pre-
sentet. 3. fere pactum de resignando beneficio
quoque. 4. solvenda pensione, si alter tibi be-
neficium impetret. 4. Commutare beneficium sub
auctoritate superioris. 5to commutare beneficia
cum auctoritate legitima quidem sed cum occulto pacto
solvenda pensionis ab eo qui pinguius beneficium
accipit, s. iam ea pensio sit compensativa tam
excessus fructuum, s. pro pretio sit resigna-
tionis. 6. si Ep. accipiat aliquid pro

expeditione litterarum beneficij, ut a. si notarius iustam
tapam accipiat. 7. resignare beneficium reservata
sibi pensione sub licentia Papae; 8. dare temporale
pro spirituali s. quacunque spirituali jurisdict. 9. si
Electores inter se conveniant ut ex seipsis tantum
eligant ad beneficia electio erit simoniaca.
denique vendere officium oeconomi l. advocati,
l. custodis Iudicii.

## Decimum 3tium

## Quomodo committatur simonia ex parte ipsius Commutationis?

Ex 10. Utrum quomodocunque accipere temporale
pro spirituali sit simonia; l. è contra?
Ex ut ea, in qua temporale accipitur ut pretium
spiritualis l. è contra ut si spirituale commutetur pro
temporali tanquam pro re aequali, et per modum
contractus iustitiae sub pravam aestimationem
commutantis. Secus si detur spirituale pro temporali
l. è contra, solum tanquam ob medium quo
alter inciter aut provocetur ad dandum temporale
l. spirituale. Vel si detur tanquam ex gratitudine
s. per modum gratuitae compensationis, tunc
n. ut est simonia saltem in foro conscientiae.
Nec refert et si temporale sit principale medium
dandi spirituale, modo ut sit finis ipsius rei spiritualis

nam duplex est quod conferre spirituale pro principali
principali; uno modo ita ut temporale sit fi-
nis tantum ipsius conferentis s. voluntatis ipsius et
applicationis animi ad actum conferendi spirituale
et sic non est simonia. Altero modo ita
ut temporale aestimet pluris non sit quod
eum finis non modo voluntatis et applicationis animi
ad actum conferendi spiritualia, sed etiam ipsius
rei spiritualis sinimi illum temporale aestimet
pluris non modo quam actum conferendi hic
et nunc spirituale, sed etiam quamvis spirituale
quod confert. Et tunc vero committit talis
symoniam, nam eo ipso quod aestimat temporale
pluris quam spirituale aestimat etiam illum tanti
quanti spirituale et consequenter spirituale pro temporali
tanquam pro pretio vendit. In quo con-
sistit perversitas simoniae. ita Less. et Val.
ubi. Hinc
Colligitur 1o. non esse symoniam quam sacerdotes
pro missis accipiunt pecuniam, accipiunt
n. pro iis qua spiritualia sunt, tamen ex gratitu-
dine; ex iustitia v. qua eadem ex officio
et obligatione quadam onerosa sunt, non ut
iis debeatur pecunia, tanquam aequivalens pre-
tium pro labore animi sacra intrinseco

sed pro oneribus et laboribus extrinsecus connexis
vel certe ut debitum stipendium temporale pro officio
spirituali ad modum supra explicatum.
2do non est symoniam si quis obsequium aut
alicui aliquid munus temporale pro impendat, spe
consequendi ab illo aliquid beneficium spirituale ti-
tulo gratitudinis. Nav. ibi n. 106.
3. non est simoniacus donationes quae aliquid Ecclesiae
donat sub onere et conditione ministrandi
aliquid spirituale v. g. ut quis in monasterio habeat
sepulturam et annua sacra, quia tunc spirituale
est tantum motivum, nec est emptio, sed est donatio
onerosa.
4to non est simoniam propositum pecuniae tantum
motivo aliquem provocare ad actus virtutis
quis subinde praesumatur simonia, nisi circa
ingressum religionis.
5to non est simoniam conferre beneficium propter pre-
ces l. consanguinitatem tanquam ob motivum
modo absit eis expectatio alterius commodi,
tanquam pretii, licet in hoc possit peccari propter
acceptionem personarum.
6. non est simoniam ob metum alicuius mali con-
ferre alicui quod spirituale, nil n. talis accipit,
sed tantum propter conservationem rerum suarum quas timet
amittere moveri ad conferendum spirituale.
Dico 2do an liceat et pacisci de re temporali danda
pro spirituali in foro externo?

Ex praesumi simoniam in foro conscientiae
saepe posse intervenire, per se tamen in hoc foro
non esse dicitur, si temporale non petatur ut pretium
sed ut motivum et conditio necessaria, et eius
pactum temporali iure positivo non prohibeatur
ut fit in commutatione beneficiorum, tunc n.
est simonia saltem iuris positivi. Vel. ibi.

Ad 3. Utrum sit simonia per aliquid temporale
redimere Legationem, qua quis inique im-
peditur a consecratione beneficii aut alterius
rei spiritualis S. G. an liceat improbo clerico
dare pecuniam, quod non tamen pro pecunia vult ba-
ptizare?

Ex non esse, modo non detur ut pretium, et causa
nobilis causa subsit in actis, l. nota-
bilis utilitas etiam si alter pecunia accipiendo
aut etiam se protestetur, dantemque adiuret
ut non aliter quam ut pretium det. Sed n. hac
iniqua adiuratio eludi aliquid aliud im-
pertinens iurando ut non opus sit errare etiam in
extrema necessitate Baptismum.

Sed quid si quis alteri nollet conferre beneficium
nisi simoniace, liceretne pecunia ab eo redi-
mere Legationem? Ex non; cum n. tallis
collatio sit nulla, non potest eius procurandae causa

rationabilis subest secus est de Bapt. qui etiam per si-
moniam collatus valet. Sic licite etiam data
pecunia redimi potest vexatio et ignominia qua
sectae reliquiae indigne tractantur ab hereticis.

## Dubium 4tum

## Quae sint poenae Simoniacorum?

Ex 1o. aeterna damnatio mihi solum praesumpta sit
in foro externo.

Ex 2do restitutio. nam etsi sint naturae iuris ac-
cepta simoniace restituenda non sunt, iure tamen
positivo in poenam simoniae valis (quae poena
in mentalem, et conventionalem non extendit.)
statutum est, ut contractus simoniacus ipso iure
sit invalidus et restitutioni utrinque, obno-
xius quod simoniace acceptum est. Et quod si-
moniace acceptum spirituale quod resignari solet
quam n. non sint.) reddendum est praelato, pretium
v. spirituale ei, qui dederat Val. p. 6. quis etiam
spirituale dandum Iulia l. pauperibus, non a simo-
niaco putat Poletus Imo Azor c. 2. q. 6.
priorem sententiam non satis tutam iudicat, quod tamen
alii recte negant.

Ex 3tio simoniaci in ordine et beneficio, ut
et mediatores eorum, incurrunt ipso facto
excommunicationem Papae reservatam in Extrav. Pauli
2di de simonia, quae ad alios non est extendenda,

et illig. de simonia vali. Utrinq. com-
pleta. Complectitur a. aeq. simoni-
acam in ordine et beneficio, licet occul-
tum et in minoribus ordinibus tm. vel a.
in alijs sacramentis conferendis vel accipiendis
nec in consecrationibus dispensationibus benedictio-
nibus vendendis l. emendis, tametsi in his
graviter peccetur Cass. de simonia d. 23.
Nomine beneficij comprehenditur h. quoquis officium
specialis regiminis ut est officium praelati in reli-
gione, qui per electionem assumitur non a.
vicaria od tempus nec ius patronatus.
Excommunicantur a Paulo 2. et ij, qui in Curia
Romana simoniacos non revelant ut syl.
v. simonia. Sed rectius alij negant, severe
quod revelatio praecipitur non tamen cum censura,
Item praeceptum hoc revelandi abrogatum
docet Kirchfeldius in Rubrica de simonia
Probabili 15. Vide Sairum l. 3. Casuum c. 20.
In 4to Excommunicationem reservatam incurrunt et
tanquam simoniaci qui ex pacto dare l. ac-
cipere aliquid pro ingressu religionis praesu-
munt, ut statuit Urbanus 4. in Extrav. j.
de simonia. Non tamen prohibentur moniales

accipere dotem non pro ingressu religionis
ipso, sed pro sustentatione monialis magis si
monasterium sit tenue, quod concessit Cornelius 7.
quod Navar. c. 27. sed
Quitne simoniacus qui muneribus aliquem in
tendit pertrahere ad religionem Catholicam
l. ad monasterium?
Ex, non est si solum intendat allicere l. permovere
animum ut deinde sponte huc amplectatur modo
absit scandalum ne videatur pretio fieri cathol.
icus aut religiosus. Si v. quis intendat per
hoc dona ipsi pretio quadam absolute
aliquem obligare ad conversionem simoniam
committat, sic etiam non est monasterium ingressus pacifice
cum opulento ut pro Praelato quem illi suppe
ditat certam pecuniam expendat.
Quis tamen sine simonia Abbas aliquem alere in
studijs l. alijs officijs afficere, ea lege
ut deinde ingrediatur ordinem, l. si voluerit
sumptus effundere teneatur quia nil hic datur
pro ingressu religionis tanquam pretium sed
datur gratis cum condicione tamen onerosa. Bl. d. 12.
Quod si monasterium sit opulentum videtur esse
simonia saltem juris positivi exigere aliquid
pro sustentatione ingredientis B. Th. 4. dist.
28. q. 3. a. 2. ad 7. ubi ait, si sine gravamine
monasterij possit recipi nocivus simoniacus

et aliquid exigere. Alij tamen putant, hic
nullam esse proprie simoniam quando pecunia
solum pro sustentatione exigitur, sed praesumit
tamen in foro externo sylu. v. simonia.
q. 15. Ratio est; quod non exigatur temporale pro
spirituali tanquam pretium, sed solum tanquam
condicio ne monasterium accessu novorum Dominorum
fiat gravatum. quae Ratio saltem hoc
ostendit Talem simoniam non esse Juris di-
quod tamen aliquo modo sit simonia videtur
posse convinci ex Canonibus qui abso-
lute prohibent aliquid exigi ab ingredientibus
l. pactum fieri, puniuntque tam dantes quam
accipientes. Nos n. videbant suspendi ab ex-
ecutione ordinis et officij Capitularis,
Illos v. videbant ad alium monasterium trans-
ferri Cap. Veniens ad nos. 19. et cap. dile-
ctus 30. de simonia. et extrav. 1. de
simonia. ubi suspendunt Conventus et
Capitula quae pastus, prandia, pecunias,
iocalia, aut alias res etiam ad pium usum
deputatas quantumvis ex consuetudine (ij
dicit esse corruptelam.) exigunt. Singula-
res a. personae quae haec dant, aut acci-

piunt equivocantur. In hac difficulte problemate
videtur olim fuisse simoniam iuris positivi
et adhuc esse ubi illi Canones vigent, desijt
v. esse simonia ubi contria invaluit consue-
tudo. Accaria tamen signum esse non desijt, nisi
monasterium inopia pranciatur, ut non possit plu-
res commode sustentare, tunc n. omnino licet
pacisci cum ingredientibus de sustentatione.
S. Th. q. 100. a. 3. ad 4. et in 4. sent. loco citato.
Ratio est; quia hic nil speciale vendi censetur,
illa n. pecunia solum requiritur ut condio quaedam
necessaria, quat. alij religiosi non gravantur, et n.
par est, ut maiorem inopiam subeant causa eorum,
qui petunt admitti, quam hi ipsi facile possint istud
incommodum avertere. Concil. tamen Trid. sess. 25.
c. 3. de reform. statuit ut in monasterijs et
domibus tam virorum quam feminarum, is tamen
numerus constituatur et conservetur qui ex
proprijs redditibus monasteriorum l. consuetis eleemo-
sinis commode possit sustentari. Unde satis
colligitur Concilium nolle ut fiant pacta de
alimentis aut de dote, (sic n. in monasterijs
Monialium vocari solent) putatur tamen mort.
non videtur, plures admittere aut pacisci de
dote, quam monasterium est tenue, quia decretum illud
nondum videtur receptum et usus contrarius non est
contra rectam rationem. Quin et Congregatio

Cardinalium nil ausa est hac de re definire
sed censuit ad summum Pont. referendam.

Item 5.to Simoniacus valis in quocunque ordine sa-
cro incurrit suspensionem praeter eam quae in
excommunicatione includitur, et praesentans aliquem
Simoniace ad ordines suspenditur ab omni ordine
si quem habuerit per triennium. ordinans v.
est à collatione omnium ordinum in perpetuum secundum
Canonistas. secundum Theol. v. per triennium Cap. penult.
de Symon. suscipiens ordines item ab omni
usu ordinum in perpetuum. Nav. c. 25. n. 68.

Item dnque Simoniace ordinem conferens l. suscipiens
incurrit est interditum ab ingressu
Ecclesiae est constitutio Sixti v. ubi illa recepta
est. an v. est contrahens irregularitatem, vide
ar. Suar. Tom. 5. d. 22. s. 5. Alias graves
poenas statuit in Symoniacos Pius 5. in Constit.
5. quae tamen non incurrunt ante sententiam Judicis, et
Constitutio illa à paucis quoad hunc effectum videtur
recepta Navar. de Symonia. atque
haec de religione totaque materia Virtutum
Cardinalium sufficiant. Haec pars
ex Theologia absoluta est ultimo; absolvimus
quoque totam Theol. Deo favente. 1669.
29 July. fer. 2. paulo post 2.tam pomeridianam.

C. B. D. M. D. A. E. M. P. et M.
Deo sint laudes.